An. et vol. XXXIX 24 Februarii - 11 Martii 1947 (Ser. II, v. XIV) - N. 2-3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM. — Fasciculus n. 2: Acta Pii Pp. XII: Litterae Decretales, p. 41 - Constitutio Apostolica, p. 54 - Allocutiones, p. 56. — Acta SS. Congregationum: *S. C. Consistorialis*: Provisio Ecclesiarum, p. 64 - *S. C. de Propaganda Fide*: Decretum, p. 66. — Diarium Romanae Curiae: Udienza solenne - S. C. dei Riti: Congregazioni varie - Segreteria di Stato: Nomine e Onorificenze - Necrologio, pp. 67-72.

Fasciculus n. 3: Acta Pii Pp. XII: Constitutiones Apostolicae, p. 73 - Epistula, p. 87 - Allocutio, p. 88 - Nuntius radiophonicus, p. 90. — Acta SS. Congregationum: *S. C. de Propaganda Fide*: I. Provisio Ecclesiarum, p. 94. II. Nominationes, p. 95. III, IV. Decreta, p. 95 - *S. C. Rituum*: Decreta in Causis Servorum Dei, p. 97. — Acta Tribunalium: *S. R. Rota*: Citationes edictales, p. 102. — Diarium Romanae Curiae: Udienza solenne - S. C. dei Riti: Congregazioni varie, p. 104.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XLVII

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Editrice Vaticana

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 350 — extra Italiam, $ 3
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 35 — extra Italiam, $ 0,20

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

Conto corrente con la Posta

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXIX, n. 2 - 24 Februarii 1947)

ACTA PII PP. XII

LITTERAE DECRETALES

PAG.

Spiritus Domini. - Beatae Xaveriae Cabrini, fundatrici Instituti Missionariarum a Sacro Corde Iesu, Sanctorum honores decernuntur. - 7 Iulii 1946 41

CONSTITUTIO APOSTOLICA

Urbis. - Diaconia in Ecclesia S. Hadriani olim constituta in Ecclesiam S. Pauli in Arenula transfertur. - 25 Ianuarii 1946 54

ALLOCUTIONES

I. Ad novum Legatum Argentinae. - 12 Ianuarii 1947 56

II. Ad mulieres Consociationis « Renovatio Christiana ». - 22 Ianuarii 1947 . 58

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PAG.

Provisio Ecclesiarum 64

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

De Broken Hill (Lusakensis). - Decretum. De sedis et nominis mutatione. - 13 Iunii 1946 66

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Udienza solenne 67

II. Sacra Congregazione dei Riti: *Varie* . 67

III. Segreteria di Stato: *Nomine* e *Onorificenze* 68

IV. Necrologio 72

DECRETUM
DE CONFIRMATIONE ADMINISTRANDA
IIS, QUI EX GRAVI MORBO IN MORTIS PERICULO SUNT CONSTITUTI

Disciplina Codicis I. C. Servanda in Confirmatione conferenda VI huius Apostolici indulti.

Ritus Servandus a Sacerdote VI huius Apostolici indulti Confirmatione conferente.

L. 25 (franco L. 27) Estero $ 0,15

Venit Romae apud

Libreria Editrice Vaticana - Città del Vaticano — °/₀ postale N. 1-16722

(pro Indice fasc. 3, v. pag. III)

An. et vol. XXXIX 24 Februarii 1947 (Ser. II, v. XIV) – N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

LITTERAE DECRETALES

BEATAE FRANCISCAE XAVERIAE CABRINI, FUNDATRICI INSTITUTI MISSIONARIARUM A SACRO CORDE IESU, SANCTORUM HONORES DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Spiritus Domini, *qui ubi vult spirat* (Ioan. III, 8), quum per praeclara electorum suorum gesta orbem terrarum sui amoris fulgurat igne, aliquas solet seligere animas, naturae profuse exornatas donis, pie sancteque flagrantes, arduae, cui Ipse praedestinavit, missionis haud trepidas; quin immo arcano Ille suae providentiae consilio abunde eis naturae et gratiae munera largiendo, illas praeparat, informat, dirigit, illuminat, confortat, sustinet, ut suorum sint consiliorum ministrae et sui veluti operis reddantur sociae, et ita ad sanctitatis culmen eas fortiter ac suaviter perducit.

Novum quidem praeclarumque electorum istorum exemplar hodie Nobis, Sancto illo Divino Spiritu afflatis, christifidelibus proponere datum est, humilem sane sed virtute grandem fortemque mulierem, Franciscam Xaveriam Cabrini, Instituti Missionariarum a Sacro Corde Iesu Fundatricem, qui nostra aetate mirum in modum vere effinxit et aequavit sacrorum bibliorum mulierem fortem, quae «*accinxit fortitudine lumbos suos et roboravit brachium suum, manum suam misit ad fortia;*

manum suam aperuit inopi et palmas suas extendit ad pauperem » (Prov. XXXI, 17-21).

In dioecesis Laudensis, in Insubria, oppido a Sancto Angelo nuncupato, quinta decima die Iulii mensis, anno Domini millesimo octingentesimo quinquagesimo, piis Illa honestisque coniugibus Augustino et Stella Oldini, postrema inter tredecim liberos orta, eadem die lustrali aqua abluta est, eique Maria Francisca nomina sunt imposita; nomen vero Xaveriam, ob peculiarem suam erga Sanctum Franciscum Xaverium, fulgidissimum missionariorum exemplar, devotionem, sibi ipsa postea assumpsit.

Iam cito illius pueritia eximia effulget pietate christianisque ornatur virtutibus; salutari Dei timore suffulta, puerula facile discernitur sua in parentes obedientia, docilitate, sollertia, praesertim vero spiritu orationis; quare silentium et sui occultationem appetit, aliena semper a puerilibus suae aetatis oblectamentis evincitur, docili de cetero alacrique animo maiori natu sorori nomine Rosae obsequens, quae una cum matre pietatis magistra ipsi exstitit.

Haud mirum itaque quod vix sex annos nata puella poenitentiae sacramentum frequentare coeperit, ardenter concupierit Angelorum Pane vesci atque missionalem vitam sibi exoptaverit. Prima die Augusti mensis, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo octavo, ab Episcopo Laudensi Caietano Benaglia Sacro Chrismatis sacramento linita, Sancti Spiritus attactum, uti illa postea fassa est, vehementius persentire coepit; sequenti anno, solemni Paschatis die, angelico nitens candore, sacram synaxim primum recepit.

Exinde adulescentula iam in dies erga Deum ferventior, undecim annos agens, confessario adprobante, Divino Sponso virginitatis voto se dicavit, quod votum sexennio post in perpetuum iterat. Frequentiori interim Sacramentorum usu suam alit virtutem et pietatem; studio vero rudimentorum litterarum, quibus a sorore Rosa primum imbuitur, praeclara naturae dona exercet, quae dein in collegio Filiarum a Sacro Corde Iesu in *Arluno* pago adeo perficit ut, egregie superatis periculis, ludimagistrae diploma consecuta sit.

Prae ceteris geographiae studium diligebat ac saepe saepius in tabulis illas missionum regiones exquirere solebat, erga quas desiderio alliciebatur, et pari futurae suae missionis instinctu, animi levandi gratia, ad rivi *Venera* aquas chartaceas naviculas violis repletas deducebat, animo effingens Sorores Missionarias in Sinas expedire. Virtutibus ac eruditione exornata e collegio domum revertitur paternam, ubi, haud pristinum admittens fervorem, operibus immo paroecialibus adauget, sive

puellis in catechesi erudiendis, sive aegrotis invisendis atque curandis, sive indigentibus sublevandis, rara ubique suae pietatis caritatisque specimina praebuit, heroicam immo virtutem prodidit, quum derelictam cancerosam mulierculam constanti sui abnegatione ad mortem usque peramanter curat totisque viribus sublevat, quumque deinde variolarum contagio corripitur cum aegrotis succurrit in Laudensi civitate.

Vicesimum agens annum, parentibus orbata et ab omni familiae vinculo soluta, pristinam vocationem, illa, quae Tertio Franciscali Ordini iampridem sese adscripserat, in aliqua iam constituta religiosa familia cupiens absolvere, Congregationem Filiarum a Sacro Corde Iesu, dein vero Canossianarum Institutum ingredi exposcit; intentum autem minime attingens, eo quod, nimis pretiosa cum esset virtuosae iuvenis actuositas, loci parochus eius proposito obstitit et proinde illam maluit in oppidum *Vidardo* mittere, ubi aegrotantis cuiusdam ludimagistrae vices gereret. Fere biennium, curioni suo obediens, magisterium magna cum laude gessit; occasionem nacta eximium zelum ostendit nedum in erudiendis scholastice puellis, vero in iisdem ad pietatem solide informandis, quinimmo ad Deum convertit ipsum civili administrationi praepositum, qui iam religioni infensus neque bonis moribus praecellebat.

Augusto mense anni millesimi octingentesimi septuagesimi quarti Cotteneum se contulit, ab huius civitatis parocho Antonio Serrati advocata, ut ad pietatem informaret hospitium quoddam orphanorum, Domum Providentiae appellatum, ubi sex per annos orphanotrophio praefuit, iuvenes apostolico suo imbuens studio, virtutum exercitio ita proficiens, ut ab Episcopo Laudensi, Dominico Gelmini, una cum quibusdam sociis tria vota religiosa simplicia perpetua, cui quartum addidit perfectionis, in manibus praefati Antonii Serrati emittere obtinuerit, et ab eodem Episcopo, qui eximiam mulieris prudentiam admirabatur, domus Divinae Providentiae Antistita constituta sit.

Sed non sine Dei consilio factum est ut, gravibus exinde exortis difficultatibus quarumdam sororum culpa, quae iam antea domum illam rexerant, communitas illa a Laudensi Praesule dissoluta sit; quibus tamen adiunctis Francisca Xaveria heroicam ostendit caritatem, invictam animi fortitudinem, humilem etiam obedientiam ac miram longanimitatem. Episcopus proinde illam minime dereliquit, quinimmo ei auctor fuit ut novum Missionalium Sororum institutum fundaret, quo apostolicum suum zelum libere valeret expendere.

Dei Famula Episcopi consilium, in quo divinam novit voluntatem, lubenti animo sequuta, domum emit, quae Franciscalium fuerat conventus, eversionis legibus, Napoleone imperatore, clausus, apud parvum

Cottonei populare Beatae Mariae Virginis Gratiarum Sanctuarium ibique die quarta decima Novembris mensis, anno millesimo octingentesimo octogesimo, prima iecit novi Instituti fundamenta, quod *Missionariarum a Sacro Corde Iesu* nuncupandum voluit, cuius scopus esset, praeter suorum membrorum sanctificationem, Sacratissimi Cordis Iesu glorificatio et animarum bonum tam inter fideles quam inter infideles.

Hocce itaque Instituto canonice fundato et constituto, Dei Famula, pro apostolico quo flagrabat missionali studio, in Sinis primum, ad Evangelii praecones illic adlaborantes opere et sermone alacriter adiuvandos, Missionem aliquam constituere exoptabat; sed consilio praesertim et hortatu Servi Dei Ioannis Baptistae Scalabrini, Episcopi Placentini, de Ecclesia ac civitate merentissimi viri, qui popularibus suis in longinquas Americae regiones commigrantibus religiosa subsidia providendis novum et ipse Institutum nuper fundaverat, atque auctoritate demum suffulta fel. rec. Leonis Papae Tertiidecimi, Praedecessoris Nostri, qui illam *non ad orientem sed ad occasum* potius vertere oculos suaserat, ad Americae Septentrionalis regiones pergere constituit.

Instituti exordia valde difficilia et humillima fuere; attamen, sicut evangelicum granum sinapis, *quod minimum quidem est omnibus seminibus: cum autem creverit, maius est omnibus oleribus, et fit arbor, ita ut volucres caeli veniant et habitent in ramis eius* (Matth. XIII, 32), ita Institutum a Famula Dei Francisca Xaveria Cabrini fundatum, sapientissimis legibus, constitutionibus, praeceptis consiliisque ab ipsamet provisum, quae valde temporibus accommodata adhuc videntur, brevi quidem tempore per eius potissimum heroicam actuositatem, Deo favente, mirum in modum crevit et in orbem propagatum est adhuc ipsa vivente, ita ut ad septem et sexaginta domos rite conditas et constitutas ad fundatricis obitum numerarentur. In gravi suo supremae moderatricis munere, quod Apostolicae Sedis auctoritate usque ad mortem obivit, observantissima erga Romanum Pontificem et Ecclesiarum Praesules semper fuit, nihil sibi et filiabus suis spiritualibus proposuit nisi Dei gloriam verbo et exemplo provehere quam maxime, pro Iesu amore, in cuius Sacratissimo Corde semper et unice confisa iuxta Apostoli verba « *Omnia possum in eo qui me confortat* » (*Philipp.* IV, 13), omnia fortiter et suaviter audere et sustinere, omnia aggredi, quae ad animarum salutem perducerent. Incredibile sane est quot labores, licet tenui valetudine afflicta, pertulerit, quot itinera per Europam et Americam peregerit ut religiosarum domos institueret, ut puellarum christianam educationem promoveret, ut proximi bonum curaret; sed praesertim omnium admirationi fuit, acatholicis ipsis haud exclusis, ardentissima eius missionalis opero-

sitas erga miserrimos operarios italicos, qui, paupertate pressi in Americanas regiones transmigrare coacti, despectui tunc habebantur, sine templo, sine scholis, sine nosocomiis, spirituali auxilio omnino destituti, quos materna caritate ipsa complectitur, curat, religiose sublevat, pericula virili animo spernens, incessanter occasiones illis benefaciendi sibi comparando; ita ut iure meritoque *Italorum emigrantium mater* appellata sit, quippe quae vere utpote teneram matrem erga miserrimos illos quos memoravimus operarios eorumque liberos continenter sese ostendit. Quod si tanta actuositate tantoque apostolico zelo pro Dei gloria et animarum salute Famula Dei Francisca Xaveria toto vitae suae decursu adlaboravit, mirandum haud est quod heroicae ab omnibus habeantur tum theologales tum cardinales virtutes ab eadem indesinenter exercitae, adeo ut adhuc vivens praeclarae sanctitatis fama floreret.

Quarum omnium eximiis virtutum meritis exornata, unice semper confisa in Sacro Corde Iesu, quod quasi fulgida fax in eius animo eluxit, omnesque eius vitae direxit actiones, quasi fornax ardens suae caritatis flammas in eius corde incendit, et vexillum fuit, ab illa in altum elatum et novae suae Congregationi quasi militiae ad animarum salutem comparatae traditum, die vicesima secunda Decembris mensis, anno millesimo nongentesimo decimo septimo, Chicagiae, dum in hac urbe in nosocomium amplificandum, licet fracta laboribus, incumberet, piissime e vita repente migravit, aetatis suae anno sexagesimo septimo. Eius mortis nuncio magnus fuit ad corpus visendum concursus: quamplurimi convenerunt christifideles, sacerdotes in primis et ipse Archiepiscopus Chicagiensis, qui flexis genibus orabant, omnesque in venerationis signum aliquid exquirebant quod aliquo modo ad Dei Famulam pertinuerit. Apud Italorum praesertim emigratorum coloniam, quorum *Sancta* dicebatur obiisse, magnus fuit generalisque luctus; omnesque ephemerides maximis demortuam extulerunt laudibus.

Exsequiis, magna cleri, religiosarum familiarum populique frequentia primum Chicagiae et paucos post dies Neo-Eboraci, quo exanime corpus translatum fuit, persolutis, die secunda Ianuarii mensis, subsequenti anno, veneratae exuviae ad locum vulgo *West-Park,* non longe a Neo-Eboraco, transvectae, in parva capella ad hoc extructa pie repositae fuere. Nunc vero, a die nempe tertia Octobris mensis anni millesimi nongentesimi trigesimi tertii, corporis Servae Dei recognitione rite peracta, e primo sepulcro in Neo-Eboracensem urbem mortales tantae mulieris exuviae translatae, in Oratorio Religiosae Domus *Fort Washington Ave, 190 Street,* in pace Christi quiescunt.

Sanctitatis fama, quam dum viveret Dei Famula Francisca Xaveria

Cabrini apud omnes cuiusvis gradus et conditionis, quibus nota erat, apud etiam acatholicos, merito sibi comparaverat, post eius mortem, quin elanguerit, numquam interrupta, quin immo in dies aucta est. Quare ad eiusdem Beatificationem obtinendam in ecclesiasticis curiis Chicagiensi et Laudensi informativi processus instituti, atque rite absoluti, ad Sacram Rituum Congregationem transmissi sunt. Servato dein iuris ordine, et Servae Dei scriptorum revisione rite peracta, instante dilecto Filio Augustino a Virgine, Ordinis Ss. Trinitatis Redemptionis Captivorum, sollerti introducendae Causae Postulatore, attentis plurium Cardinalium, Sacrorum Antistitum, Religiosarum Familiarum Moderatorum, nec non cuiusvis ordinis virorum spectabilium postulatoriis litteris, introductionis Causae Commissio die Martii mensis trigesima, anno millesimo nongentesimo trigesimo primo a ven. mem. Pio Papa Undecimo, Praedecessore Nostro, signata est.

Apostolicis deinde processibus in memoratis dioecesibus nec non in alma hac Nostra Urbe biennio post rite constructis, pro quorum iuridica vi octava et vicesima die Ianuarii mensis anno millesimo nongentesimo trigesimo sexto editum fuit decretum, dispensatione insuper concessa a canonis Iuris Canonici bismillesimi centesimi primi praescripto, quum nondum quinquaginta anni a Servae Dei obitu defluxerint, ceterisque de iure servatis, in Antepraeparatoria Congregatione coram dilecto Filio Nostro S. R. E. Cardinale Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore, praefato anno, die sexta decima Iunii mensis habita, de virtutibus in gradu heroico pertractatum est; super quibus iterum sexta die Aprilis mensis, sequenti anno, in Preparatoria Congregatione coram Patribus Cardinalibus, denique in Generali Congregatione coram praefato Summo Pontifice sexta et vicesima die Octobris mensis eodem anno, idem Pater Cardinalis Causae Relator dubium proposuit discutiendum an constaret de virtutibus theologalibus et cardinalibus earumque adnexis, in gradu heroico a Famula Dei Francisca Xaveria exercitis. Idem Summus Pontifex, exceptis tum Patrum Cardinalium tum Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum votis, suam sententiam edere distulit eo fine, ut ab omnibus una secum ingeminarentur preces ad maius caeleste lumen a Deo implorandum; quam sententiam suam edere statuit ad diem faustissimam Solemnitatis Praesentationis B. M. V., ad postremam scilicet Dominicam post Pentecosten. Quocirca ad se accitis cl. mem. Cardinale Laurenti, Sacrae Rituum Congregationis tunc Praefecto, atque quem supra memoravimus Alexandro Cardinale Verde, Causae Ponente seu Relatore, nec non dilectis Filiis Alfonso Carinci eiusdem Congregationis a Secretis et Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, divina

Hostia pientissime litata, *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Franciscae Xaveriae Cabrini, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur,* decrevit.

Anno subsequenti ab huius decreti promulgatione ad eiusdem Dei Famulae Beatificationem obtinendam quaestio agitata est de duabus vere mirandis sanationibus Sacrae Rituum Congregationi exhibitis, quae veri miraculi characteres praeseferre dicebantur; ambabus in ipsa America, in qua ad Dei gloriam et animarum bonum, pro Italis potissimum illuc commigrantibus, tantopere Dei Famula adlaboravit, eius apud Deum implorata intercessione, effectis. Omnibus itaque servatis de iure servandis, idem quem supra memoravimus Praedecessor Noster Pius Papa Undecimus solemni Decreto, die tricesima prima Iulii mensis eiusdem anni Castri Gandulphi edito, *Constare* edixit *de duobus miraculis a Deo, Venerabili Francisca Xaveria Cabrini intercedente, patratis:* nempe: *de instantanea perfectaque sanatione cum Sororis Delphinae Grazioli ab insanabilibus adhaerentiis pyloricis ac duodenalibus, tum infantis Petri Smith a completa et perpetua caecitate ob gravissimas ustiones cornearum et organorum visus.* Paulo post, die videlicet sexta Augusti mensis, idem Romanus Pontifex, iisdem adstantibus quos supra diximus Patribus Cardialibus et S. Congregationis Rituum a Secretis et Fidei Promotore Generali, *tuto* procedi posse ad solemnem eiusdem Venerabilis Franciscae Xaveriae Beatificationem edixit. Cuius sollemnia in Patriarchali Basilica Nostra Vaticana die tertia decima Novembris mensis, eodem anno, editis ab eodem Pontifice Apostolicis sub anulo Piscatoris Litteris, ingenti pompa et populi concursu celebrata sunt.

Vix hisce peractis, non paucae gratiae obtentae et miracula ferebantur ab omnipotente Deo patrata, novensilis Beatae patrocinio implorato. Quapropter de Causae reassumptione ad eiusdem Beatae canonizationem obtinendam a sollertissimo quem antea memoravimus Causae Postulatore ad hanc Sedem Apostolicam oblatae sunt preces, quibus Praedecessor Noster Pius Papa Undecimus benigne annuens, reassumptionis Causae Canonizationis Commissionem die vicesima prima Iunii mensis, sequenti anno, sua manu signavit. Remissionales porro Litterae ad Episcopum Laudensem missae sunt ut apostolica auctoritate processus construeret super duabus prodigiosis sanationibus, quae in ipsa Laudensi civitate evenisse dicebantur.

Altera e duabus istis sanationibus ita breviter describitur: Paulus Pezzini, Iosephi filius, iam ab anno millesimo nongentesimo decimo

quarto ex ustione, ab nitrati argenti solutionis irrigatione effecta, cystica sclerosi laborabat. Februario mense anni millesimi nongentesimi trigesimi noni gravissima bilaterali pneumonitide acutaque glomerulo-nephrite fuit affectus, quae eum fere ad mortis limen adduxerant. Humanis remediis adhibitis incassum cedentibus, nullaque medicorum iudicio sanationis spe affulgente, dum magis morbus saeviebat et in agonico aegrotus videbatur statu, eo ferventiores ad intercessionem Beatae Franciscae Xaveriae Cabrini unice effundebantur preces, quas misericors Deus benigne exaudivit: die namque vicesima Februarii instantanea perfectaque sanatio obtenta fuit non solum a cystite chronica vesicali cum sclerosi, verum etiam a laetali pneumonitide bilaterali et uremia. Eumdem meliori valetudine post obtentam sanationem frui, qua ante aegritudines fruebatur, tabulae radiographicae ostenderunt, atque duo periti physici sub iuramenti fide deposuerunt. Miraculum sine haesitatione tum medicus a cura, tum tres S. Congregationis Rituum periti fassi sunt.

Sanatio altera ita evenisse dicitur: Hector Pagetti, Innocenti filius, tam gravi osteo-periostite, fortasse tuberculari, in dextero pede afficiebatur ut a duobus medentibus necessaria edicta fuerit ossis rasio. Primis Augusti mensis diebus anni millesimi nongentesimi trigesimi noni, dum morbus magis ingravescebat, novendiales preces semel atque iterum fusae sunt ante Beatae Franciscae Xaveriae imaginem eiusque reliquiam, in aegroti cubiculo in venerationem expositas, eiusdemque Beatae patrocinium unice invocatum est ad sanationem obtinendam; quae quidem in instanti perfecteque evenit: medicus enim, qui decima nona illius mensis die postmeridianis horis, morbum in tota sua malitia invalescentem viderat, nimirum: fistulam morbida sanie manantem, pedem tumidum et aegrotum acri vexatum dolore animadverterat, antemeridianis sequentis diei horis fistulam clausam novaque pelle obtectam, pedem non amplius tumidum, liberumque in motibus, quasi numquam fuisset morbo attactum, invenit, verum proinde miraculum celebrans; prout tres periti ex officio adlecti sanationem instantaneam et perfectam edixerunt.

De binis istis miraculis, uti de more, disceptationibus praehabitis tum in antepraeparatoria, quam vocant, tum in praeparatoria congregatione, tum in generalibus comitiis coram Nobis habitis die quarta Maii mensis, anno millesimo nongentesimo quadragesimo tertio, in quibus Patres Cardinales Sacris Ritibus tuendis praepositi, Officiales Praelati et Consultores favorabile suum edidere suffragium, Nos tandem die vicesima Iunii mensis eodem anno, in festo Ss. Trinitatis, ad Nos arcessiri iussimus Venerabilem Fratrem Notrum Carolum S. R. E. Cardinalem Salotti,

Episcopum Praenestinum, S. C. Rituum Praefectum, dilectum Filium Nostrum Alexandrum S. R. E. Cardinalem Verde, Causae Relatorem, nec non dilectos Filios Alfonsum Carinci, S. C. Rituum a Secretis, et Salvatorem Natucci, Fidei Promotorem Generalem, iisque adstantibus, sacra Hostia rite litata, decrevimus: *Constare de instantanea perfectaque sanatione cum Pauli Pezzini a chronica sclerosi cystica, a gravissima bilaterali pneumonitide nec non a glomerulo-nephrite acuta, tum Hectoris Pagetti a gravi osteo-periostite in pede dextero.*

Item, praefata servata forma, iisdemque adstantibus coram Nobis memoratis Patribus Cardinalibus, S. Rituum Congregationis a Secretis et Fidei Promotore Generali, die vicesima septima Februarii mensis subsequentis anni, Dominica prima in Quadragesima, *tuto* procedi posse ad Beatae Franciscae Xaveriae Cabrini sollemnem Canonizationem ediximus.

Verum ut in re tanti momenti ordo servaretur, a Pontificibus Praedecessoribus Nostris sapientissime constitutus, biennio post ab edito praefato Decreto, bellico tandem seposito furore, quamvis veri nominis pax fatigato ac trepido humano generi nondum affulgeret, venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales ad decimam octavam mensis Februarii huius anni in Consistorium Secretum apud Nos convocavimus; in quo primum praeclarissimos duos ac triginta viros, de re catholica deque patria cuiusque sua meritissimos, e quinque terrarum orbis partibus adlectos, in Patrum Cardinalium Collegium adscripsimus; haud paucas deinde vacantes Ecclesias suo providimus Pastore; ac demum, praehabito a venerabili Fratre Nostro Carolo S. R. E. Cardinale Salotti, Sacrae Congregationis Rituum Praefecto, sermone de vita et miraculis Beati Ioannis de Britto, martyris, e Societate Iesu, Beati Bernardini Realino, confessoris, ex eadem Societate Iesu, Beatae Ioannae Elisabeth Bichier des Ages, virginis, confundatricis Filiarum a Cruce, vulgo Sororum Sancti Andreae, nec non Beatae Franciscae Xaveriae Cabrini, virginis, fundatricis Sororum Missionalium a S. Corde Iesu; ac, recensitis actis, quae in causis Beatificationis et Canonizationis eorumdem Beatorum et Beatarum Sacrorum Rituum Congregatio, praevio accurato examine, admittenda et approbanda censuit, Nos, adstantium Patrum Cardinalium singillatim suffragia exquisivimus et singuli iidem Patres Cardinales suam aperuerunt sententiam atque ad legitimam Nos ipsarum causarum definitionem uno ore cohortati sunt.

Subsequenti autem die vicesima prima Februarii, in Basilica Vaticana, Consistorium Publicum solemniter celebratum est, in quo pro praefatorum Beatorum et Beatarum Canonizatione per dilectos Filios sa-

crae Consistorialis aulae Advocatos, brevi de vita, virtutibus et miraculis eorumdem Beatorum relatione praehabita, uti de more institerunt; quam perorationem pro Beatae Franciscae Xaveriae canonizatione illustris advocatus Aloisius Philippus Re egit. Nos vero, quamvis iam optime noscere diximus quatuor Beatos illos Caelites, quorum causam diserte Advocati egerunt, dignos omnino esse qui sanctitudinis palma decorentur, verumtamen, ut rite omnia ex translaticio more eveniant, non ante incommutabile iudicium Nostrum laturos esse, quam in *Consistorio Semipublico,* quod vocant, omnes, qui in Urbe adfuturi sint, Purpurati Patres, Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi suam Nobis sententiam aperuerint. Interea vero adstantes omnes adhortati sumus ut, supplicibus admotis ad Deum precibus, uberiora Sancti Spiritus lumina menti Nostrae conciliarent. Curavimus interea ut singulis memoratis Antistitibus legitimi commentarii mitterentur, in quibus Beatorum Ioannis de Britto martyris et Bernardini Realino confessoris, et Beatarum Virginum Ioannae Elisabethae Bichier des Ages et Franciscae Xaveriae Cabrini vitae curriculum, praeclara eorum gesta ac patrata a Deo, eorum patrocinio invocato, miracula breviter descripta essent, atque acta omnia in ipsorum Beatorum Canonizationis causis notata. Venerabiles itaque cum Patres Cardinales tum Antistites illos apud Nos die tertia decima proxime elapsi Iunii mensis in Consistorio *semipublico* convocavimus eosque allocuti, ipsorum sententiam Nobiscum communicare vellent rogavimus. Exceptis autem adstantium suffragiis, laetati sumus admodum concordibus eos vocibus animisque una Nobiscum consentire. Decrevimus igitur quatuor memoratis Caelitibus summos decernere sanctitatis honores; id quidem, ad Beatam Virginem Franciscam Xaveriam Cabrini quod attinet, sollemnibus caeremoniis, in Vaticana Basilica die hac, septima nempe mensis Iulii facere statuimus; ad ceteros vero quod pertinet cum primum opportunitas ac facultas daretur. Interea autem adstantes omnes adhortati sumus, ut supplicibus Deo instare precibus ne desisterent, ut ex hisce faustitatis eventibus cum Catholicae Ecclesiae, tum humanae consortioni universae, tam perturbatae in praesens ac trepidae, uberes oriantur salutaresque fructus. De quibus omnibus, ut acta iuridica conficerentur, uti de more Consistorialis Aulae Advocatis rogantibus, Protonotariis Apostolicis qui adstabant mandavimus. Quum ergo haec a Nobis praestituta dies auspicatissima Canonizationi huic celebrandae advenerit, omnes cum saecularis tum regularis cleri ordines, complures Romanae Curiae Praesules et Officiales, venerabiles Fratres Abbates, Episcopi, Archiepiscopi et Patriarchae, venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales in Patriarchalem Vaticanam Basilicam

Nostram magnifico ornatam apparatu et innumeris resplendentem lycnis, ac maxima christifidelium stipatam frequentia, quos inter complures ex totius orbis catholici partibus, ex Italia praesertim et America, plurimae ex Instituto Missionariarum a Sacro Corde Iesu sorores cum merentissima earum Moderatrice Generali, plures ex institutis ac societatibus religiosis, nec non multi ex Insubriae dioecesibus fideles, quos inter duo etiam viri, qui Beatae patrocinio prodigiosam sanationem ab omnipotente Deo obtinuerant, una cum suo medente a cura, et Nos Ipsi, solemni pompa, psalmos, laudes et Sanctorum litanias cantantes ingressi sumus. Nos autem, brevi ante altare maximum effusa prece, ad Cathedram Nostram perreximus ibique sedimus. Porro, praestita Nobis ab adstantibus Patribus Cardinalibus et Antistitibus obedientia, mox sollemnis Canonizationis ritus initium habuit. Venerabilis itaque Frater Noster Carolus Cardinalis Salotti, Episcopus Praenestinus, Sacrae Rituum Congregationis Praefectus, huic Canonizationi procurandae praepositus, perorante eius nomine dilecto Filio Aloisio Philippo Re, Consistorialis Aulae Advocato, instanter, instantius et instantissime a Nobis expostulavit ut Beatam Franciscam Xaveriam Cabrini, Virginem, Instituti Missionariarum a Sacro Corde Iesu Fundatricem, in sanctorum album per inerrans oraculum Nostrum referremus. Nos vero, cum de tanto ageretur negotio, ad hoc pervenire noluimus, nisi prius fervidae ab omnibus ad Sanctum Divinum Spiritum preces admoverentur, ut ab eo menti Nostrae supernae lucis copia magis magisque affulgeret.

Quod quidem a Nobis et a cunctis qui aderant pientissime actum est. Tum dein, omnibus quidem stantibus, Nos vero in Cathedra sedentes, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Canonizationis formulam ita sollemniter pronunciavimus: *Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita, et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe existentium consilio, Beatam* Franciscam Xaveriam Cabrini *Sanctam esse decernimus, et definimus ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes ab Ecclesia universali illius memoriam quolibet anno, die eius natali, nempe vicesima secunda Decembris, inter sanctas Virgines non Martyres pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.*

Qua Canonizationis formula a Nobis prolata, precibus annuentes ve-

nerabilis Fratris Nostri quem antea memoravimus Caroli Cardinalis Salotti per praefatum Advocatum Aloisium Philippum Re Nobis porrectis, de hac ipsa Canonizatione publicum instrumentum Protonotariis Apostolicis construendum mandavimus atque Decretales hasce Litteras confici expedirique iussimus. Debitas deinde omnipotenti Deo gratias agentes, hymnum *Te Deum,* una cum clero et universo populo gaudio exsultantibus, devote decantavimus.

Novensilis deinde Sanctae primum patrocinio invocato, Nos adstantes venerabiles Fratres et dilectos Filios homilia allocuti sumus, in qua breve de Sancta Francisca Xaveria teximus praeconium, eius virtutem ac magnifica gesta recolentes, et illam ad imitandum hortati sumus non solum sacras virgines, quae eam legiferam matrem atque magistram sequuntur, sed omnes christifideles, qui profecto habent cur eius virtutes intueantur et imitentur. *Discant praeterea ab ea* — diximus — *quae non modo almam suam terram flagrantissimo amore prosecuta est, sed alienis etiam regionibus suae caritatis suaeque navitatis fructus indefessa impertiit — nationes omnes omnesque gentes unam dumtaxat efficere familiam; quae quidem non obscura ac turbida simultate, non aeternis ob acceptas iniurias inimicitiis disiungenda ac dissolvenda est, sed fraterno illo amore copulanda, qui ex Iesu Christi praeceptis divinoque exemplo suo oriatur oportet. Id impetret a « Pacis Principe » nostroque omnium Patre novensilis haec sancta virgo, ita quidem ut restincto tandem odio, pacatis animis, ac privatis publicisque rebus non effrenato propriae cuiusque utilitatis studio disiectis, sed iustitia aequitateque compositis, pax veri nominis, ex qua communis proficiscatur cotidie auctior prosperitas, humanae consortioni arrideat. Amen.*

Qua homilia a Nobis pronunciata, apostolicam benedictionem et plenariam peccatorum indulgentiam adstantibus omnibus peramanter impertivimus et Sacrum deinde solemne litavimus. Splendidis itaque caeremoniis istis Beatae Franciscae Xaveriae Cabrini Canonizationis ritus felicem habuit exitum.

Omnibus ergo quae inspicienda erant bene perpensis, certa scientia atque de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine omnia et singula, quae in his Decretalibus Litteris uti supra memoravimus, iterum confirmamus, roboramus, statuimus, decernimus universaeque Ecclesiae denunciamus. Volumus insuper ut earumdem Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Si quis vero Decretales has Litteras Nostras definitionis, decreti, adscriptionis, mandati,

statuti et voluntatis Nostrae infringere vel eis contraire aut attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo sexto, die septima Iulii mensis, Pontificatus Nostri anno octavo. – A. L.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.

✠ Ego IANUARIUS Episcopus Ostiensis et Albanensis Cardinalis GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, Sacri Collegii Decanus.

✠ Ego FRANCISCUS Episcopus Tusculanus Cardinalis MARCHETTI SELVAGGIANI.

✠ Ego CAROLUS Episcopus Praenestinus Cardinalis SALOTTI.

✠ Ego HENRICUS Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis SIBILIA.

✠ Ego EUGENIUS Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis TISSERANT.

✠ Ego CLEMENS Episcopus Veliternus Cardinalis MICARA.

Ego ALEXANDER tituli S. Mariae in Cosmedin Presbyter Cardinalis VERDE.

Ego AUGUSTUS tituli S. Mariae de Pace Presbyter Cardinalis HLOND.

Ego ALOISIUS tituli S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis LAVITRANO.

Ego Fr. RAPHAËL CAROLUS tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis ROSSI.

Ego PETRUS tituli S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis FUMASONI BIONDI.

Ego FRIDERICUS tituli S. Mariae de Victoria Presbyter Cardinalis TEDESCHINI.

Ego FRANCISCUS tituli S. Caeciliae Presbyter Cardinalis MARMAGGI.

Ego DOMINICUS tituli S. Apollinaris Presbyter Cardinalis JORIO.

Ego MAXIMUS tituli S. Mariae in Porticu Presbyter Cardinalis MASSIMI.

Ego ADEODATUS IOANNES tituli S. Priscae Presbyter Cardinalis PIAZZA.
Ego IOSEPH tituli S. Mariae in Via Lata Presbyter Cardinalis PIZZARDO.
Ego BENEDICTUS tituli S. Mariae in Vallicella Presbyter Cardinalis ALOISI MASELLA.
Ego NICOLAUS S. Nicolai in Carcere Tulliano Protodiaconus Cardinalis CANALI, Poenitentiarius Maior.
Ego IOANNES S. Georgii in Velo Aureo Diaconus Cardinalis MERCATI.
Ego IOSEPH S. Eustachii Diaconus Cardinalis BRUNO.

Pro S. R. E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus S. Collegii

CAROLUS Card. SALOTTI
S. Rituum Congr. Praefectus

Vincentius Bianchi-Cagliesi
Cancellariae Apostolicae Regens.

† Alfonsus Carinci, Archiep. Tit. Seleuc. *Dec. Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Alfridus Liberati, *Canc. Apost. Adiutor a studiis.*
Georgius Stara Tedde, *Canc. Apost. Adiutor a studiis.*

EXPEDITA

die tertia mensis Decembris, anno octavo
Alfridus Marini, *Plumbator.*

Alfridus Marini, *Scriptor Apostolicus.*

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXII, n. 20. – Al. Trussardi, *a tabulario.*

CONSTITUTIO APOSTOLICA

URBIS

DIACONIA IN ECCLESIA S. HADRIANI OLIM CONSTITUTA IN ECCLESIAM S. PAULI IN ARENULA TRANSFERTUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sancti Hadriani Ecclesia, quae, uti noscitur, antiqua olim erat Populi Romani Senatus Curia, in christianum templum dein conversa quaeque Diaconiae honore decorabatur, quum paucos ante annos, de

civilis magistratus mandato, ecclesiastica auctoritate benigne annuente, vetera monumenta restituendi causa in pristinum statum redacta sit, Nos, cupientes ut Diaconiarum in Urbe numerus servetur, omnibus mature perpensis, congruum sane duximus Diaconiam illam in Ecclesiam S. Paulo Apostolo in Arenula dicatam, artis decore conspicuam, sitamque in ea Urbis regione, in qua pie traditur Doctor Gentium mansisse, *cum custodiente se milite,* transferendam. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi Diaconiam, qua praefata Ecclesia Sancti Hadriani decorabatur, in Ecclesiam Sancti Pauli Apostoli in Arenula transferimus; eique propterea omnia tribuimus iura et privilegia, quae ceteris almae Urbis Diaconiis competunt, et cum omnibus pariter oneribus et obligationibus quibus illae adstringuntur. Contrariis non obstantibus quibuslibet, haec decernimus, et volumus praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore, suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere illisque ad quos res spectat seu spectare poterit, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo sexto, die quinta et vicesima Ianuarii mensis, in festo Conversionis S. Pauli Apostoli, Pontificatus Nostri anno septimo.

Pro S. R. E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus S. Collegii

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXX, n. 58 — Al. Trussardi.

ALLOCUTIONES

I

*Ad Excmum Virum Conradum Traverso, novum Argentinae Reipublicae Oratorem extra ordinem liberis cum mandatis Summo Pontifici Litteras publicas porrigentem.**

Señor Embajador:

En virtud de la misión, que el Excelentísimo Señor Presidente de la República Argentina le ha confiado, Vuestra Excelencia comparece hoy ante Nós por vez primera, como nuevo representante de una Nación nobilísima que justamente espera verle por Nós acogido con aquella benevolencia y aquella confianza que se merece la íntima unión de aquel pueblo con el centro de la Iglesia.

Las palabras, que ha querido pronunciar en la solemne presentación de las Cartas credenciales, indicando los principios en que se propone inspirarse durante el ejercicio de su elevado cargo, dejan claramente ver, con singular complacencia Nuestra, que el Gobierno y el pueblo de su país desean no olvidar nunca la parte principalísima que corresponde a la ley moral, como fundamento para la instauración y el perfeccionamiento de un orden social edificado sobre los postulados de la verdadera justicia, del sano progreso y del bienestar común.

Nos ha sido particularmente grato el reconocimiento, que Vuestra Excelencia acaba de hacer, de la abnegación y de la laboriosidad del clero argentino; y no podemos ni dudar de que en el porvenir él será merecedor de las mismas alabanzas.

Con calor especial ha traído Vuestra Excelencia a la memoria Nuestra solicitud por el advenimiento de una paz impregnada del espíritu de la moral cristiana; y añadía aún la certeza de que los principios fundamentales de esta paz, por Nós diversas veces públicamente expuestos, han vivificado y consolidado, tanto en los circulos gubernativos cuanto en el pueblo argentino, el propósito de colaborar con el mayor empeño en su progresivo desarrollo.

Tal seguridad no podía menos de complacernos especialmente en una hora como la presente, cuando en el camino de la paz se atraviesan tantos obstáculos e impedimentos que exigen en los hombres de gobierno un grado no común de previsión y de cordura para poderlos ver a tiempo y para conseguir superarlos enérgicamente.

* Habita die 12 mensis Ianuarii a. 1947.

Hoy las naciones, que han disfrutado de la inenarrable felicidad de no ser envueltas en los huracanes que ha traído consigo la más trágica de todas las guerras, son las que tal vez se hallan espiritualmente mejor preparadas y dispuestas para comprender objetivamente y apreciar con serenidad cuáles son los elementos esenciales, que pueden servir de base a una paz digna y duradera.

A ellas, pues, les está reservada una labor, tan importante como no pocas veces ardua, de pacificación a fin de vencer, donde la haya, aquella tendencia al enojo y a la represalia, que no por ser explicable en sí misma es por eso menos peligrosa.

Nós tenemos la plena confianza de que la Nación argentina, que hace más de doce años se consagraba ante Nuestros ojos, con piedad inolvidable, al Salvador y Pacificador divino en su maravillosa metrópoli, caerá perfectamente en la cuenta de las circunstancias del momento y de lo que exigen, y no dejará escapar la ocasión de colaborar, lo más intensamente que pueda, en tan noble finalidad.

Al mismo tiempo sentimos la necesidad de manifestarle todavía otra vez Nuestra viva gratitud por el eficaz interés que su país ha querido repetidamente demostrar en socorro de las víctimas de la guerra en el continente europeo. Y mientras expresamos el deseo de que esta generosidad, en favor de los más pobres entre los pobres, perdure en el porvenir, estamos seguros de que todo sucederá como Nós lo esperamos.

En esta certeza Nos confirma la reciente llegada de un hijo de San Juan Bosco, especialmente comisionado por el Gobierno argentino para estudiar sobre el terreno el proyecto de una vasta emigración, que ha de salvar de la miseria espiritual y material a muchos desdichados, a quienes esta Europa empobrecida y devastada no ofrece ya las posibilidades ordiarias de trabajo y de vida.

La realización de semejante proyecto no sólo servirá para enriquecer a la República Argentina, incorporándole preciosas fuerzas productoras, sino que con ella quedará también escrita en los anales de esta turbia y miserable postguerra una página amplia y hermosa de misericordia espiritual y corporal, que las futuras generaciones europeas repasarán siempre con gratitud.

Con tan consoladora expectación invocamos la protección y la gracia del Omnipotente sobre el Jefe del Estado, sobre el Gobierno y el pueblo de esta Nación, tan cercana al corazón Nuestro, mientras que garantizamos a Vuestra Excelencia que en el ejercicio de su importante y honrosa misión hallará continuamente en Nós una ayuda benigna y segura.

II

*Ad mulieres Consociationis vulgo « Renovatio Christiana » nuncupatae, ob Conventum ex Italiae regionibus Romae coadunatas.**

Il movimento della « rinascita cristiana »

All'alba della storia della Chiesa, durante l'impero di Traiano, S. Ignazio di Antiochia scrisse un pensiero che affascina anche gli animi moderni, come la scoperta di un tesoro di esperienza due volte millenaria: « Nei tempi in cui è oggetto dell'odio del mondo, il cristianesimo non è affare di parole persuasive, ma di grandezza ».[1]

Questo passo dell'eroico Vescovo e Confessore della fede Ci torna alla memoria nel vedervi qui raccolte intorno a Noi, dilette figlie. Il vostro movimento di « rinascita » vuol essere l'espressione dello spirito, che dettò quel pensiero al martire di Cristo. E veramente, nella crisi religiosa del nostro tempo — la più grave, forse, che la umanità abbia attraversata dalle origini del cristianesimo —, la ragionata e scientifica esposizione delle verità della fede, per quanto efficace essa possa essere e sia in realtà, da sè sola non basta. E non basterebbe nemmeno la dose, troppo spesso così scarsa, di una vita cristiana fatta di convenzionale abitudine. È necessaria oggi la grandezza di un cristianesimo vissuto nella sua pienezza con perseverante costanza; è necessaria la balda e vigorosa schiera di coloro — uomini e donne —, che, vivendo in mezzo al mondo, sono in ogni istante pronti a combattere per la loro fede, per la legge di Dio, per Cristo, con gli occhi fissi su di Lui come modello da imitare, come capo da seguire nel loro lavoro di apostolato. Tale è la norma che voi, dilette figlie, vi siete proposta.

Fermezza di fede

1. – E innanzi tutto, voi volete essere anime di fede cattolica, piena ed integra. È stato dato anche recentemente al Cristianesimo il consiglio — se intende di conservare ancora una qualche importanza, se vuol superare il punto morto —, di adattarsi alla vita e al pensiero moderno, alle scoperte scientifiche e alla straordinaria potenza della tecnica, di fronte alle quali le sue forme storiche e i suoi vecchi dogmi non sarebbero ormai che lumi del passato pressochè spenti.

* Habita die 22 mensis Ianuarii a. 1947.

[1] *Ad Romanos*, 3, 3.

Quale errore, e come esso scopre la vanitosa illusione di spiriti superficiali! Essi sembrano voler far entrare la Chiesa, come in un letto di Procuste, negli stretti quadri delle organizzazioni puramente umane. Come se la nuova configurazione del mondo, come se il dominio presente della scienza e della tecnica occupassero tutto il campo e non lasciassero più alcuno spazio libero per la vita soprannaturale, che da ogni parte trabocca! Esse non valgono ad abolirla o ad assorbirla; anzi quelle mirabili scoperte scientifiche (che la Chiesa favorisce e promuove) fanno risaltare, con maggior forza ed efficacia di prima, l'« eterna potenza di Dio ».[2]

Ma il pensiero e la vita moderna debbono essere ricondotti e riguadagnati a Cristo. Cristo, la sua verità, la sua grazia, non sono meno necessari alla umanità del nostro tempo che a quella di ieri e di ier l'altro, di tutti i secoli passati e futuri. Tale è l'unica fonte di salvezza: la fede cattolica; non già una fede mutilata, anemica, edulcorata, ma in tutta la sua integrità, la sua purezza e il suo vigore. Alcuni potranno riguardare questa fede come una « stoltezza »; non è cosa nuova; era così anche ai tempi dell'Apostolo Paolo. Per voi invece è « virtù di Dio »,[3] e voi bramate di comunicarla al vostro secolo con la stessa fiducia nella vittoria, che animava i cuori dei primi cristiani. Noi lodiamo i vostri propositi. Voglia il Signore fecondarli con la sovrabbondanza delle sue benedizioni!

Fortezza di vita cristiana

2. – Alla fermezza della fede voi unite il coraggio di prendere sul serio la osservanza dei comandamenti di Dio e di tutta la legge di Cristo e della sua Chiesa.

Ed invero, non è questo un lieve merito, specialmente nelle presenti circostanze. Quando si guardano bene in viso le condizioni in cui voi vi trovate, le odierne concezioni e abitudini di vita, il mondo moderno con le sue miserie e le sue sventure, ma anche con le sue seduzioni e il suo fascino quasi diabolico, la pressione tirannica di organizzazioni di una mostruosa potenza, bisogna riconoscere che rimaner fedeli, sempre e dappertutto, senza riserve e senza transazioni, ai comandamenti di Dio, richiede giorno per giorno una padronanza di sè, uno sforzo costante, una abnegazione, la quale giunge talvolta fino a quell'eroismo, che è il segno caratteristico della testimonianza del sangue.

Abbiamo detto: senza riserve e senza transazioni; poichè chi potrebbe

[2] *Rom.* 1, 20.
[3] 1 *Cor.* 1, 18.

affermare che un'anima serve fedelmente Dio, se nel compimento delle pratiche cristiane manifesta uno spirito apertamente mondano, se porta in chiesa i suoi pensieri d'interesse, di vanità, di sensualità, se crede di giustificare o santificare una vita frivola e profana, perchè v'inserisce qualche esercizio di una pietà tutta superficiale, quando anche non è una devozione puerilmente superstiziosa?

Ben a ragione perciò voi chiedete francamente: La parola di Cristo, «Se alcuno vuol venire dietro a me, rinneghi se stesso, e prenda ogni giorno la sua croce, e mi segua»,[4] vale, sì o no, anche oggi come in passato? Sì? Allora deve essere per noi la regola di vita. E in tutta la sua condotta, così nei riguardi personali, come nelle relazioni sociali — matrimonio, famiglia, professione —, la donna, non meno dell'uomo, è forse libera di governare se stessa arbitrariamente e a suo piacere? ovvero deve in ogni ordine di cose riconoscere che vi sono questioni, la cui soluzione dipende sempre dagli imprescrittibili ordinamenti di Dio? In questo caso, via ogni pusillanimità, ogni vano timore; se Dio ordina, non mancherà mai di dare col precetto anche l'aiuto per adempirlo.

Da ciò la vostra risoluzione: preparare la via al Signore, alla sua volontà un diritto sentiero,[5] innanzi tutto nella vostra propria vita, poi in quella del prossimo. Noi benediciamo questo vostro intento. Si degni Iddio di vivificarlo con la rugiada celeste della sua grazia!

Fiamma di zelo

3. – Tuttavia la fermezza della fede, il coraggio dell'azione ancora non bastano alle vostre brame; esse debbono accendere nei vostri cuori la fiamma luminosa e ardente dello zelo. Risolute come siete di praticare pienamente nella vostra vita di fanciulle, di spose, di madri, la legge santa di Dio, voi volete collaborare, nel campo in cui le circostanze, preparate dalla Provvidenza, hanno posto ciascuna di voi, a ricondurre le anime all'unico Signore e Maestro, a render loro, nella sottomissione alla volontà divina, nella docilità alla dottrina infallibile, nella santificazione mediante la grazia, la sola vera libertà che le affranca dalla umiliante servitù dell'errore e del male. Tale è il senso dell'intera opera della redenzione, e ogni apostolato, qualunque ne sia la forma, non è che una partecipazione a quell'opera redentrice di Cristo.

Il voler tirare una netta linea di separazione tra religione e vita, tra soprannaturale e naturale, tra Chiesa e mondo, come se non avessero nulla che fare tra loro, come se i diritti di Dio non avessero valore in

[4] Luc. 9, 23.
[5] Cfr. Is. 40, 3.

tutta la multiforme realtà della vita quotidiana, umana e sociale, è completamente alieno dal pensiero cattolico, è apertamente anticristiano. Quanto più dunque oscure potenze aggravano la loro pressione, quanto più si sforzano di bandire la Chiesa e la religione dal mondo e dalla vita, tanto più è necessaria da parte della Chiesa stessa un'azione tenace, perseverante, per riconquistare e sottomettere tutti i campi del vivere umano al soavissimo impero di Cristo, affinchè il suo spirito vi aliti più largamente, la sua legge più sovranamente vi regni, vi trionfi più vittoriosamente il suo amore. Ecco ciò che si deve intendere per Regno di Cristo.

Questo ufficio della Chiesa è ben arduo; ma non sono che disertori incoscienti o illusi coloro i quali, in omaggio a un malinteso supernaturalismo, vorrebbero ridurre la Chiesa nel campo « puramente religioso », come essi dicono, mentre con ciò non fanno che favorire il giuoco dei suoi avversari.

Contro simili correnti voi coraggiosamente reagite, come si addice ai nostri tempi. Perciò Noi abbiamo con soddisfazione preso conoscenza della vostra formazione, delle vostre esperienze, dei vostri felici successi. Noi elogiamo la vostra alacrità e invochiamo su di voi la pienezza della forza e della grazia di Cristo.

Aspetti vari di apostolato

4. – Per il vostro apostolato voi seguite la parola del divino Maestro: « Il regno di Dio non viene in modo da attirare gli sguardi ».[6] Voi non volete agire con la esibizione di pubbliche manifestazioni; come, in generale, la parte che riguarda la organizzazione è destinata per voi a rimanere nell'ombra e a restringersi al puro necessario. Noi abbiamo in principio parlato di voi come di una schiera di assalto. Ma la vostra controffensiva si prepara e si eseguisce, non nel rumore e nell'agitazione, ma nella calma e nel raccoglimento, con la orazione silenziosa, con le rinunzie note solo a Dio, col costante buon esempio, con la vigorosa professione delle vostre salde convinzioni e dei principî cristiani in una cerchia di persone che pensano e agiscono diversamente, con la lenta, continua, progressiva azione esercitata su di loro, per ricondurle, a poco a poco, a Cristo.

Senza dubbio, nessun'opera, qualunque essa sia, può avere stabilità e durata senza un minimo di organizzazione. Tuttavia questa, per quanto indispensabile, rimane sempre un mezzo, e soltanto un mezzo, di aposto-

[6] Luc. 17, 20.

lato. Parimente le pubbliche manifestazioni hanno il loro valore, anzi in alcuni casi possono essere necessarie, specialmente là ove le forze avverse se ne valgono con grande apparato a scopo di propaganda. Ma per il fine, a cui tende il vostro movimento, voi avete scelto il retto metodo di lavoro; la via, per la quale avanzate, è sicura e potete seguirla fiduciosamente.

La modestia, la discrezione, che convengono all'esercizio del vostro zelo, non sono punto passività nè snervante monotonia. Tutt'altro! Ciascuna di voi, applicata all'opera comune, vi deve venire col suo carattere, col suo temperamento, coi suoi doni, coi suoi mezzi personali. Che anzi il concorso di queste qualità così svariate dà alla vostra amichevole collaborazione la sua armonia e i suoi speciali lineamenti. Tutte potete e dovete mettere in valore l'apostolato della vita esemplare, della preghiera, del sacrificio. Ma appunto qui, al di là di ciò che è per ciascun fedele stretto obbligo, rimane un largo campo, dentro il quale le possibilità fisiche, assai differenti in ognuna, e la generosità di animo, con cui, — supposto sempre un sano giudizio e una retta intenzione — corrispondete agli impulsi della grazia, debbono determinare la giusta e conveniente misura della vostra azione.

Questa diversità nella misura e nella forma del bene trova la sua applicazione nell'ordine così materiale come spirituale. A quelle tra voi, cui le condizioni economiche o altre favorevoli circostanze o una speciale ingegnosità e attitudine permettono di esercitare l'apostolato della carità a favore dei bisognosi, Noi diciamo con S. Paolo: « Non lasciatevi vincere dal male, ma vincete nel bene il male ».[7] Allo spirito di calunnia, di bassa delazione, d'invidia, di odio, di crudeltà, di oppressione, voi opponete, senza stancarvi, la bontà e l'amore, l'amore nel cuore, l'amore sulle labbra, l'amore nelle opere delle vostre mani.

Come potremmo Noi a questo punto omettere di rivolgere una Nostra paterna parola allo stuolo delle « Damine della Carità », qui presenti, che hanno tenuto di recente con ottimi risultati un Congresso per rendere il loro lavoro più efficace e più rispondente alle necessità odierne del povero? Vada dunque anche a voi, sempre deste soccorritrici degli indigenti, l'espressione della Nostra compiacenza, del Nostro incoraggiamento e dei Nostri voti, affinchè il vostro Padre e Fondatore S. Vincenzo de' Paoli, fulgido astro di bontà e di soccorso per ogni sventura, vi ottenga con sempre maggior larghezza lo spirito di misericordia, di generosità, di carità, di saggezza.

[7] *Rom.* 12, 21.

Rimane da considerare l'apostolato nel senso proprio della parola, l'apostolato dell'azione personale immediata sul prossimo, per guadagnarlo a Cristo. Non è cosa da tutti. Occorrono speciali qualità, una preparazione, una formazione, che non possono essere se non il privilegio di una « élite ». Tuttavia, anche ciò supposto, la capacità per tale apostolato religioso è ben differente secondo le persone. Studiatevi dunque di conoscere voi stesse, per divenire, ognuna a suo modo, messaggiere di Dio. Ma, qualunque sia la maniera e, per così dire, il tratto personale di ciascuna, il carattere dominante, che dovete imprimere in voi tutte, è quella grandezza spirituale così magnificamente esaltata dal martire Ignazio.

Voi vi siete prefisse alti scopi, dilette figlie! Avete quindi bisogno di uno zelo illuminato e generoso, di una incrollabile fiducia in Dio, di un abbondante e potente aiuto dall'alto, per attuarli e svolgerli con persistente lena. Fate vostra umilmente la preghiera del Salmista: « *Viam mandatorum tuorum curram, cum dilataveris cor meum* »:[8] Correrò, o Signore, la via dei tuoi precetti, quando avrai allargato il mio cuore! E vi lasciamo, quasi augurio finale, le parole del Principe degli Apostoli: « Il Dio di ogni grazia, che ci ha chiamati all'eterna sua gloria in Cristo Gesù, con un po' di patire vi perfezionerà, vi conforterà e vi darà vigore. A lui gloria e impero nei secoli ».[9]

Con tale voto e speranza impartiamo di cuore a voi tutte, alle opere vostre, alle vostre famiglie, a tutte le persone che vi sono care, in pegno dei più eletti favori celesti, la Nostra Apostolica Benedizione.

[8] *Ps.* 118, 32.
[9] 1 *Petr.* 5, 10-11.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

die 6 Decembris 1946. — Titulari episcopali Ecclesiae Chusirensi praefecit R. D. Paulum Ceslaum Rydzewski, professorem S. Scripturae in Seminario Maiori Lomzae, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Stanislai Kostka Lukomski, Episcopi Lomzensis.

die 12 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Maxulitanae R. D. Franciscum Jedwabski, archidioecesis Posnaniensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Valentini Dymek, Archiepiscopi Posnaniensis.

die 14 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Trocmadianae R. D. Carolum Pękala, Directorem societatis « Caritas », quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Ioannis Stepa, Episcopi Tarnoviensis.

die 30 Decembris. — Metropolitanae Ecclesiae Portalegrensi in Brasilia Exc. P. D. Vincentium Scherer, hactenus electum Episcopum titularem Hemeriensem, nondum consecratum.

die 11 Ianuarii 1947. — Cathedrali Ecclesiae Vallensi in Lucania R. D. Dominicum Savarese, Canonicum subcantorem Capituli cathedralis Aversani et Rectorem Seminarii dioecesani.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ruspensi R. D. Iosephum Carroll Mc Cormick, parochum archidioecesis Philadelphiensis, quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revmi Domini Dionysii S. R. E. Card. Dougherty, Archiepiscopi Philadelphiensis.

die 18 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae S. Ludovici in Maragnano Exc. P. D. Adalbertum Sobral, hactenus Episcopum Pasqueirensem.

— Cathedrali Ecclesiae Fulginatensi R. D. Secundum Chiocca, Archipresbyterum-Parochum ecclesiae S. Bartholomaei loci Cartusiae in archidioecesi Ianuensi.

die 31 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae Ravennatensi, cui unita est Cathedralis Ecclesia Cerviensis, R. D. Iacobum Lercaro, Antistitem Urbanum et Praepositum Basilicae Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis in civitate Ianuensi.

— Cathedrali Ecclesiae Nuorensi R. D. Iosephum Melas, Cancellarium Curiae archiepiscopalis Calaritanae.

die 8 Februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Birmingamiensi R. D. Iosephum Masterson, Vicarium Generalem dioecesis Salfordensis.

— Cathedrali Ecclesiae Menevensi R. D. Ioannem Petit, rectorem Collegii St. Edmundi in civitate Cambridge.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cyrenensi Exc. P. D. Antonium di Tommaso, hactenus Episcopum Uritanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Calydoniensi R. D. Ioannem Baptistam Neuhäusler, canonicum metropolitanae Ecclesiae Monacensis et Frisingensis, quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revmi D. Michaëlis S. R. E. Cardinalis de Faulhaber, Archiepiscopi Monacensis et Frisingensis.

die 15 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Achadensi R. D. Iacobum Fergus, parochum in oppido « Ballinzobe », archidioecesis Tuamensis.

— Cathedrali Ecclesiae Wichitensi R. D. Marcum Carroll, parochum Ecclesiae S. Margaritae in civitate S. Ludovici.

— Titulari episcopali Ecclesiae Irenopolitanae in Cilicia R. D. Allen Babcock, parochum metropolitanae Ecclesiae Detroitensis, quem deputavit Auxiliarem Emi ac Revmi Domini Eduardi S. R. E. Cardinalis Mooney, Archiepiscopi Detroitensis.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

DE BROKEN HILL
(LUSAKENSIS)

DECRETUM

DE SEDIS ET NOMINIS MUTATIONE

Cum in Praefectura Apostolica de Broken Hill, in Rhodesia septemtrionali, Patribus Societatis Iesu concredita, ob aliquarum territorii portionum distractionem, quibus Praefecturae Apostolicae de Victoria Falls et de Ndola pluribus abhinc annis erectae sunt, ita Broken Hill urbs iuxta limites sita manserit, ut sedem Praefecturae eiusdem in Lusaka urbem, ubi etiam gubernium civile residet, transferri oportuerit, visum est etiam Praefecturae ipsius nomen immutare.

Quapropter Emi ac Revmi Patres huic S. Dicasterio praepositi in plenario coetu, die 10 vertentis mensis et anni habito, Praefecturam Apostolicam de Broken Hill deinceps « Praefecturam Apostolicam Lusakensem » nuncupandam esse censuerunt.

Quam Emorum Patrum sententiam, Ssmo Domino Nostro Pio Div. Prov. Papae XII ab infrascripto huius Sacrae Congregationis Secretario in audientia diei 13 eiusdem mensis et anni relatam, Summus Pontifex benigne excipiens ratam habuit et confirmavit, praesensque ad id Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 13 Iunii a. D. 1946.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

† C. Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius*.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Domenica, 12 gennaio 1947, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Dott. CONRADO TRAVERSO, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica Argentina, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 14 gennaio 1947, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del Ven. Servo di Dio Bartolomeo Canale, sacerdote professo della Congregazione dei Chierici Regolari di S. Paolo Apostolo, Barnabiti.

Martedì, 28 gennaio 1947, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *generale*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi, hanno dato il loro voto sul *Tuto* alla Canonizzazione del Beato Giuseppe Cafasso, Confessore, sacerdote secolare, Rettore del Collegio ecclesiastico di Torino, e sui miracoli del Venerabile Servo di Dio Fratel Benildo, dell'Istituto dei Fratelli delle Scuole Cristiane.

Martedì, 18 febbraio 1947, nel Palazzo delle Congregazioni a San Callisto, alla presenza dell'Emo Signor Cardinale Alessandro Verde, Ponente o Relatore della causa del Servo di Dio Ezechiele Moreno Diaz, dell'Ordine degli Eremitani Recolletti di Sant'Agostino, Vescovo di Pasto, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria*, nella quale i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del suddetto Servo di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

10 gennaio 1947. Il Revmo Don Oppenheim Filippo, dell'Ordine di San Benedetto, *Consultore della Sacra Congregazione dei Riti per la Sacra Liturgia.*

» » » Il Revmo Padre Stano Gaetano, dell'Ordine dei Frati Minori Conventuali, *Consultore della Sacra Congregazione dei Riti per le Cause di Beatificazione e Canonizzazione.*

» » » Il Nobile Pericoli Mario, *Colonnello Comandante della Gendarmeria Pontificia.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

13 agosto 1946. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore della Pontificia Insigne Accademia Artistica dei Virtuosi al Pantheon.*

2 gennaio 1947. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore della Congregazione delle Figlie del Ssmo Crocifisso* (Livorno).

12 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore della Congregazione dei « Cellites ou Frères Alexiens »* (Aix-la-Chapelle).

24 » » L'Illmo e Revmo Monsig. Di Jorio Alberto, *Uditore Generale della Reverenda Camera Apostolica.*

Assistenti al Soglio Pontificio:

4 ottobre 1946. S. E. Revma Monsig. Poli Giuseppe Angelo, Vescovo titolare di Perta.

21 novembre » S. E. Revma Monsig. Stohr Alberto, Vescovo di Magonza.

» dicembre » S. E. Revma Monsig. Mazzocco Guido, Vescovo di Adria.

Prelati domestici di Sua Santità:

27 novembre 1940. Monsig. Diaz Giuseppe Emmanuele, dell'archidiocesi di Bogotà.

3 aprile 1945. Monsig. Santopietro Paolo, della diocesi di Aquino, Sora e Pontecorvo.

» gennaio 1946. Monsig. Soullard Leone Maria, della diocesi di Luçon.

3 gennaio 1946. Monsig. Grelier Enrico, della medesima diocesi.
2 giugno » Monsig. Parker Giorgio A., dell'archidiocesi di Chicago.
» » » Monsig. Fasnacht Gualtiero, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Eisenbacher Giorgio, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Lange Giovanni M., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Cholewinski Stanislao, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Rusch Francesco, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. McCarthy Francesco O., della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. McNamara Martino, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. McGuire Patrizio J., della medesima archidiocesi.
13 ottobre » Monsig. Viganò Edoardo, dell'archidiocesi di Milano.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, si è benignamente degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

23 gennaio 1947. Al sig. Conte Marzotto Gaetano, della diocesi di Vicenza.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

20 ottobre 1946. Al sig. Generale De Castro Abreu e Mota Amilcare (Portogallo).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

30 luglio 1946. Al sig. ing. Rovelli Aldo (Roma).
14 settembre » Al sig. Radcliffe Everardo J., della diocesi di Middlesbrough.
20 ottobre » Al sig. Athias Giacomo (Portogallo).
» » » Al sig. Da Conceiçao Pereira Agostino Lorenzo (Portogallo).

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

10 giugno 1946. Al sig. comm. Lamb Giuseppe F., dell'archidiocesi di New York.
24 ottobre » Al sig. comm. Bassetti Pietro, della diocesi di Forlì.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

27 giugno 1941. Al sig. Perrin Giuseppe, della diocesi di Angers.
24 ottobre 1942. Al sig. Terra Arocena Orazio, dell'archidiocesi di Montevideo.

24 ottobre 1942. Al sig. Reyes Lerena Gioacchino, della medesima archidiocesi.
21 novembre » Al sig. Legourd Giorgio, della diocesi di Versailles.
19 gennaio 1943. Al sig. Leijendecker Marcello Emilio Edoardo, della medesima diocesi.
22 febbraio » Al sig. Martinez Vera Lorenzo, dell'archidiocesi di Montevideo.
» » » Al sig. Zaffaroni Luigi, della medesima archidiocesi.
18 maggio » Al sig. Pallasse Eugenio, dell'archidiocesi di Lione.
20 ottobre » Al sig. Dugas Du Villard Antonio, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Tournassus Giovanni, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Neyret Gonzaga, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Fustier Andrea, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. cav. Waton Antonio, dell'archidiocesi di Lione.
9 novembre » Al sig. Glynn Giuseppe, dell'archidiocesi di Dublino.
11 » » Al sig. Pree Pietro Oliviero, della diocesi di Angers.
7 febbraio 1944. Al sig. Jucker Carlo, dell'archidiocesi di Milano.
6 novembre 1945. Al sig. de Siqueira y Silva da Fonseca Giuseppe, della diocesi di Valencia nel Brasile.
» » » Al sig. Coutinho Cintra Ildebrando, dell'archidiocesi di San Paolo del Brasile.
28 » » Al sig. Toomey Giovanni Edoardo, della diocesi di Mobile.
10 giugno 1946. Al sig. Heazel Francesco J., della diocesi di Raleigh.
13 » » Al sig. Morshuis Enrico Gregorio Giuseppe, dell'archidiocesi di Utrecht.
» » » Al sig. Tellegen Antonio Ottone Ermanno, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Kuttschrütter Francesco, della medesima archidiocesi.
21 » » Al sig. Leon Emanuele, dell'archidiocesi di Messico.
» » » Al sig. Lainè Giovanni, della medesima archidiocesi.
6 agosto » Al sig. Bulgarini d'Elci Conte Giuseppe, della diocesi di Volterra.
24 » » Al sig. Bonzano Adolfo, della diocesi di Acqui.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

23 luglio 1946. Al sig. Fidanzia Luigi (Molfetta).

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

5 agosto 1946. Al sig. Strake Giorgio W., della diocesi di Galveston.
20 ottobre » Al sig. Da Guerra Quaresma Vianna Enrico (Portogallo).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

16 luglio 1946. Al sig. Generale Ermens Paolo, Vice-Governatore Generale del Congo Belga.
20 ottobre » Al sig. Capitano Neves Silva Monteiro Sebastiano (Portogallo).

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

9 novembre 1943. Al sig. prof. Magennis Guglielmo, dell'archidiocesi di Dublino.
7 febbraio 1944. Al sig. Del Bulo Giordana Sebastiano, della diocesi di Brescia.
22 aprile » Al sig. Campos Torreblanca Francesco, del vicariato apostolico di Magellano.
» » » Al sig. Braum Hamburguer Maurizio, del medesimo vicariato apostolico.
15 dicembre » Al sig. Brahm Appel Carlo, della diocesi di Puerto Montt.
13 giugno 1946. Al sig. Serventi Alfonso (Roma).
17 » » Al sig. cav. Di Martino Giovanni, dell'archidiocesi di Pisa.
2 luglio » Al sig. Mandich Giuseppe (Roma).
» » » Al sig. dott. Pierantoni Claudio (Roma).
14 » » Al sig. Colonnello Oliver Carlo A. (Inghilterra).
» » » Al sig. Ten. Colonnello Savini Luigi (U. S. A.).
16 » » Al sig. Damiani Pio (Roma).
» » » Al sig. Poli Vincenzo (Roma).
24 agosto » Al sig. Bernini Arturo, della diocesi di Acqui.
28 » » Al sig. avv. Lecis Romolo Riccardo (Roma).
29 » » Al sig. Gortani Michele, dell'archidiocesi di Udine.
12 settembre » Al sig. Brancaccio Catello, della diocesi di Castellammare di Stabia.
17 gennaio 1947. Al sig. Mosca Giuseppe, della diocesi di Como.

Il Cavalierato di S. Silvestro Papa:

22 agosto 1940. Al sig. Santana Nogales Arturo, dell'archidiocesi di Bogotà.
25 novembre 1942. Al sig. Diaz Arrieta Francesco, dell'archidiocesi di La Serena.
13 ottobre 1943. Al sig. Gutierrez Granier Giovanni Luigi, dell'archidiocesi di La Paz.

15 dicembre 1944. Al sig. Schwerter Kneer Giovanni, della diocesi di Puerto Montt.
3 maggio 1946. Al sig. Canzi Remo, dell'archidiocesi di Milano.
21 giugno » Al sig. Ghiglia Alessandro, della diocesi di Casale Monferrato.
» » » Al sig. Micheletti Mario, della medesima diocesi.
16 luglio » Al sig. Capochiani Francesco, della diocesi di Molfetta.
» » » Al sig. Massari Luigi, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Boccardi Domenico, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Cozzoli Vito Onofrio, della medesima diocesi.
19 » » Al sig. Mitolo Augusto (Roma).
25 » » Al sig. Martucci Giuseppe (Roma).
28 agosto » Al sig. Pozzi Pietro, della diocesi di Rimini.
» » » Al sig. Floridi Alfredo, della medesima diocesi.
16 settembre » Al sig. Miloni Domenico (Roma).
4 novembre » Al sig. Lavagetti Carlo, della diocesi di Tortona.
18 » » Al sig. Negri Battista (Roma).

NECROLOGIO

6 gennaio 1947. Monsig. Prat Emanuele, Vescovo di Amoy.
17 » » Emo Sig. Card. VILLENEUVE RODRIGO, del Titolo di S. Maria degli Angeli, Arcivescovo di Quebec.
30 » » Monsig. Nathan Giuseppe, Vescovo tit. di Aricanda.
1 febbraio » Monsig. Cortesi Filippo, Arcivescovo tit. di Sirace, Nunzio Apostolico in Polonia.
3 » » Monsig. Durieux Pietro, Arcivescovo di Chambéry.
5 » » Monsig. Hilfrich Antonio, Vescovo di Limburgo.
» » » Monsig. Akhras Michele, Arcivescovo tit. di Anazarbo.
12 » » Monsig. Trocchi Tito, Arcivescovo tit. di Lacedemonia, Vice-Camerlengo di S. R. C.
13 » » Monsig. Villar y Sanz Giovanni, Vescovo di Lerida.

An. et vol. XXXIX 11 Martii 1947 (Ser. II, v. XIV) - N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

VANCUVERIENSIS
(KAMLOOPSENSIS)

AB ARCHIDIOECESI VANCUVERIENSI TERRITORII PARS DISMEMBRATUR, EX QUA NOVA ERIGITUR DIOECESIS « KAMLOOPSENSIS » NUNCUPANDA, METROPOLITANAE ECCLESIAE VANCUVERIENSI SUFFRAGANEA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae rei sacrae procurationi melius gerendae aeternaeque christifidelium saluti facilius assequendae utilia videntur, ea pro supremi apostolatus munere, Nobis divinitus commisso, vigili studio praestare satagimus ac potissimum itaque curare ut ex dioecesibus nimio redundantibus territorio partes seiungantur et novae exinde, iuxta temporum et locorum adiuncta, dioeceses erigantur, aliorum Antistitum regimini concredendae. Quod quidem perpendentes, petitioni annuendum censuimus venerabilis Fratris Gulielmi Marci Duke, Archiepiscopi Vancuveriensis, qui ab hac Apostolica Sede postulavit ut amplissima sua Archidioecesis dismembretur et nova constituatur Dioecesis. De consilio igitur venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, suffragante quoque venerabili Fratre, Hildebrando Antoniutti, Archiepiscopo titulari Synnadensi in Phrygia, Delegato Apostolico in Ditione Canadensi,

suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, omnibus mature perpensis, certa scientia, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine ab archidioecesis Vancuveriensis territorio regionem illam separamus, vulgo *Kamloops* nuncupatam, quae hisce continetur finibus: ad septentrionem: gradu quinquagesimo tertio latitudinis (53°); ad meridiem: gradu quinquagesimo latitudinis (50°); ad orientem: linea meridionali centesima undevicesima (119ª); ad occidentem: linea meridionali centesima vicesima quarta (124ª); atque ex ita avulso territorio novam erigimus dioecesim « *Kamloopsensem* » ab urbe *Kamloops* denominandam. Huius novae Dioecesis episcopalem sedem in ipsa *Kamloops* urbe constituimus, quam idcirco ad civitatis episcopalis fastigium extollimus; Episcopi vero cathedram in templo Sacratissimo Cordi Iesu dicato, ibidem exstante, figimus, illudque propterea ad Cathedralis Ecclesiae gradum et dignitatem evehimus eique et Kamloopsensibus pro tempore Episcopis omnia tribuimus honores, insignia, iura, privilegia, favores et gratias, quibus ceterae Cathedrales Ecclesiae earumque Antistites iure communi gaudent, eosque pariter iisdem astringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Novam porro hanc Kamloopsensem Dioecesim suffraganeam constituimus Metropolitanae Ecclesiae Vancuveriensi, eiusque pro tempore Episcopos metropolitico Archiepiscopi Vancuveriensis iuri subiicimus. Quum autem praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus in nova ista Dioecesi Canonicorum Capitulum modo instituatur, indulgemus ut interim pro Canonicis Consultores Dioecesani ad iuris tramitem eligantur et adhibeantur. Quod vero attinet ad Dioecesis Kamloopsensis regimen et administrationem, ad Seminarii erectionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque id genus, servanda iubemus quae sacri canones ad rem praescribunt. Quod autem ad clerum peculiariter spectat decernimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem demandatae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime degunt. Volumus insuper ut a Cancellaria Archidioecesis Vancuveriensis, quum primum fieri poterit, tradantur Curiae novae Dioecesis Kamloopsensis documenta omnia et acta, quae Dioecesim istam eiusque clericos et fideles respiciunt, ut in eius archivo diligenter asserventur. Ad quae omnia ut supra disposita et constituta exsecutioni mandanda venerabilem quem supra diximus Fratrem Hildebrandum Antoniutti, in Canadensi Ditione Delegatum Apostolicum, deligimus eidemque propterea necessarias ad id et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eique onus facimus

authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar ad S. Congregationem Consistorialem quam primum fas erit transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, subiectionis, statuti, mandati, decreti, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo quinto, die secunda et vicesima Decembris mensis, Pontificatus Nostri anno septimo.

Pro S. R. E. Cancellario
I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus Sacri Collegii

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis.

L. Kaás, *Proton. Apost.*
A. Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXI, n. 5 – Al. Trussardi.

II

DE MWANZA
(MUSOMENSIS ET MASWENSIS)

A VICARIATU APOSTOLICO DE MWANZA TERRITORII PARS DISTRAHITUR, EX QUA NOVUS ERIGITUR VICARIATUS APOSTOLICUS « MUSOMENSIS ET MASWENSIS » NUNCUPANDUS.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo in Tanganikensi Africae Orientalis Anglicae regione evangelizationis incremento aptius et utilius consulatur, peropportunum videtur peramplum Vicariatus Apostolici de Mwanza territorium dividere et novum exinde Apostolicum Vicariatum constituere. De venerabilium itaque Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, certa scientia, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, e praefati Vicariatus Apostolici de Mwanza, sollertibus Societatis Missionariorum Africae (vulgo *Pères Blancs*) sodalium curis concrediti, territorio integros districtus civiles, quibus nomina *Musoma et Maswa,* nec non eam districtus civilis de *Wakerewe* partem, quae territorium de *Ukara* et *Ukerewe* non complectitur, distrahimus et in novum Vicariatum Apostolicum erigimus et constituimus, *Musomensem* et *Maswensem* nuncupandum, eumque praefatae Missionariorum Africae Societati, quae in regione illa indefesso studio iam adlaborat, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, committimus. Huic itaque novo Vicariatui eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis seu excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus Litteris habe-

retur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotens Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo sexto, die undecima Aprilis mensis, Pontificatus Nostri anno octavo.

Pro S. R. E. Cancellario
I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Carolus Respighi, *Proton. Apost.*
Franc. H. Ferretti. *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXI, n. 41 - Al. Trussardi.

III

NICTHEROYENSIS ET BARRENSIS DE PIRAHY (PETROPOLITANA)

A DIOECESIBUS NICTHEROYENSI ET BARRENSI DE PIRAHY TERRITORII PARS DISMEMBRATUR, EX QUA NOVA ERIGITUR DIOECESIS, SUB NOMINE « PETROPOLITANA », METROPOLITANAE ECCLESIAE S. SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII SUFFRAGANEA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pastoralis, qua urgemur, Ecclesiarum omnium sollicitudo a Nobis exigit sollerti studio curare ut, si qua sit in catholico orbe dioecesis nimio redundans territorio, pars ab ea dismembretur et nova exinde erigatur dioecesis, alterius Pastoris curae et regimini concredenda. De venerabilium itaque Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Consistorialibus praepositorum consilio, habito quoque Nuntii Apostolici apud Brasilianam Rempublicam favorabili voto, libenter excipiendas duximus preces venerabilis Fratris Ioseph Alves Pereira, hodierni Episcopi

Nictheroyensis, qui ab hac Apostolica Sede expostulavit ut, ad maiorem Christifidelium utilitatem, a territorio suae Dioecesis, quae per nimis amplam regionem se extendit, pars separetur atque exinde, duabus adiectis paroeciis a dioecesi Barrensi de Pirahy, istius Ordinario in hoc consentiente, seiungendis, nova erigatur Dioecesis, alteri concredenda Pastori. Suppleto igitur, quatenus opus sit, aliorum quorum intersit vel qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, certa scientia, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine a quam supra diximus Dioecesi Nictheroyensi territorii partem distrahimus, has complectentem paroecias: *São Pedro d'Alcantara do Petropolis, S. Antonio do Alto da Serra, San Norberto, Cascatinha, Itaipava, São José do Rio Preto, S. Antonio do Alto da Serra de Sebastiana, Nossa Senhora da Piedade di Mage, S. Nicolau da Surui, Inhomirim, Gapimirim, Nossa Senhora da Guia de Pacapaiba, S. Ana de Tiradentes, Nossa Senhora da Conceição de Beimposta, Nossa Senhora das Dores de Areal, Nossa Senhora do Pilar.* Item a Dioecesi Barrensi de Pirahy duas seiungimus paroecias, videlicet *S. João de Nerity et Caxias.* Ex ita avulsis a Dioecesibus Nictheroyensi et Barrensi de Pirahy territoriis novam erigimus Dioecesim, a *Petropolis* urbe «*Petropolitanam*» nuncupandam. Huius novae Dioecesis episcopalem sedem in ipsa *Petropolis* urbe, a qua Dioecesis nomen mutuatur, constituimus, eamque propterea ad civitatis episcopalis fastigium extollimus eique tribuimus iura omnia et privilegia, quae ceteris episcopalibus civitatibus competunt. Episcopi vero cathedram in ecclesia Deo in honorem S. Petri de Alcantara dicata, in eadem urbe exstante, figimus illamque idcirco ad Cathedralis Ecclesiae gradum et dignitatem evehimus eique et Petropolitanis pro tempore Episcopis omnia tribuimus iura, honores, insignia, privilegia, favores et gratias, quibus ceterae Cathedrales Ecclesiae earumque Antistites iure communi gaudent illosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Novam porro hanc Petropolitanam Ecclesiam suffraganeam constituimus Metropolitanae Ecclesiae S. Sebastiani Fluminis Ianuarii et Petropolitanos pro tempore Episcopos metropolitico iuri Archiepiscopi S. Sebastiani Fluminis Ianuarii subiicimus. Episcopalem mensam constituent Curiae emolumenta et oblationes, quae a fidelibus praeberi solent, praeter ea, quae ad hunc finem iam collecta sunt. Quod vero attinet ad eiusdem Dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque id genus, servanda iubemus quae sacri canones praescribunt. Quum autem praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus in nova ista Dioecesi Canonicorum Capi-

tulum modo instituatur, indulgemus ut interim pro Canonicis Consultores dioecesani ad iuris tramitem eligantur et adhibeantur. Quod clerum peculiariter spectat volumus ut, simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem demandatae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio legitime degunt. Mandamus insuper ut in Petropolitana Dioecesi quum primum fieri poterit, saltem parvum Seminarium iuxta Codicis Iuris Canonici praescripta et normas a S. Congregatione de Seminariis et Universitatibus Studiorum traditas erigatur. Volumus vero ut duo delecti iuvenes, aut modo saltem unus, ab hac quoque Dioecesi eiusque sumptibus alendi ad Collegium Brasilianum de Urbe non intermissa vice mittantur ut, sub oculis fere ipsius Romani Pontificis, in spem Ecclesiae instituantur. Volumus denique ut a dioecesium Nictheroyensis et Barrensis de Pirahy cancellariis documenta omnia et acta, quae novam Petropolitanam dioecesim respiciunt, istius Dioecesis Cancellariae tradantur ut in eius archivo diligenter serventur. Ad quae omnia ut supra disposita exsecutioni mandanda venerabilem Fratrem Carolum Chiarlo, Archiepiscopum titularem Amidenum ac Nuntium Apostolicum apud Brasilianam Rempublicam, deligimus, eique propterea necessarias ad id et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum eique onus facimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar ad S. Congregationem Consistorialem quamprimum transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum intersit vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali vel inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus, super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse ac fore volumus et decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litte-

rarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, subiectionis, statuti, mandati, decreti, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo sexto, die tertiadecima Aprilis mensis, Pontificatus Nostri anno octavo.

Pro S. R. E. Cancellario
I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus S. Collegii

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

A. Mazzoni, *Proton. Apost.*
B. De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXI, n. 62. – Al. Trussardi.

IV

TANGANIKENSIS
(KIGOMENSIS ET KAREMENSIS)

VICARIATUS APOSTOLICUS TANGANIKENSIS BIPARTITUR ET NOVUS EXINDE VICARIATUS APOSTOLICUS KAREMENSIS ERIGITUR; RESIDUA VERO PARS POSTHAC VICARIATUS APOSTOLICUS KIGOMENSIS NUNCUPABITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo maiora in dies Christi regnum incrementa capiat in dissitis praesertim regionibus, alacri adhuc Evangelii praeconum curae et studio commissis, procul dubio maxime prodest nimis amplas ecclesiasticas circumscriptiones, quae ab uno vel vigilantissimo Praesule regi gravi

absque incommodo nequeant, pro re ac tempore dismembrare, ut ex aucto pastorum numero dominici gregis regimini ac bono satius consulatur. Iamvero cum Vicariatus Apostolicus Tanganikensis in Africa Orientali Anglica nimio patere territorio videatur, ut aptius illic evangelizationi consulatur, opportunum visum est illum in duas dividere partes, ita ut duo exinde habeantur Vicariatus, alia appellatione nuncupandi. De consilio itaque venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis propagandae fidei praepositorum, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, ex certa scientia et matura deliberatione memorati Vicariatus Apostolici territorii regionem septemtrionalem, cui nomen *Uha*, a meridionali regione, cui nomen *Ufipa*, per paralleli circuli 5°, 30[1] latitudinis meridionalis lineam suprema auctoritate Nostra ita separamus, ut duo posthac Vicariatus habeantur, unus in regione *Uha*, nomine *Kigomensis* appellandus, alter vero in regione de *Ufipa*, nomine *Karemensis* nuncupandus. Ambos istos Vicariatus, ita circumscriptos et constitutos, dilectis Filiis Societatis Missionariorum Africae, qui vulgo *Pères Blancs* nuncupantur, Sodalibus, qui a pluribus annis in regione illa tanto apostolico studio adlaborant, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concreditos volumus. Decernimus insuper ut venerabilis Frater Ioannes van Sambeek, Episcopus titularis Gergitanus et hactenus Vicarius Apostolicus Tanganikensis et in regione de *Uha* in praesens residens, solius Vicariatus Apostolici Kigomensis regimen retineat et Vicarii Apostolici Kigomensis nomen deinceps assumat. Alter autem Vicariatus Apostolicus Karemensis suo quidem Praesule per alias Apostolicas Litteras providebitur. Utrique porro Vicariatui Apostolico eorumque pro tempore Vicariis omnia tribuimus iura et privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia uti supra disposita et constituta, rata et valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indigna-

tionem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo sexto, die decima Maii mensis, Pontificatus Nostri anno octavo.

Pro S. R. E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

† A. Carinci, Archiep. tit. Seleuc., *Decanus Collegii Proton. Apost.*

C. Respighi, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXI, n. 58 – Al. Trussardi.

V

PAPUASIAE
(PORTUS MORESBY - SAMARAIENSIS)

E VICARIATU APOSTOLICO PAPUASIAE PARS SEPARATUR, QUAE IN NOVAM ERIGITUR PRAEFECTURAM APOSTOLICAM « SAMARAIENSEM » NUNCUPANDAM; RESIDUA AUTEM VICARIATUS PARS « PORTUS MORESBY » POSTHAC NUNCUPABITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo in regionibus Missionariorum curis adhuc concreditis eorum opera facilior ac fructuosior evadat, sane iuvat Missiones quae late pateant in partes dividere et novas exinde Missiones constituere. Quod quidem in Vicariatu Apostolico Papuasiae peragere opportunum videtur, ut evangelizationi in Nova Guinea insula, ditioni Australianae subiecta, aptius consulatur. De venerabilium igitur Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, ex illius Vicariatus territorio partem orientalem, ut infra delimitandam, separamus, eamque in novam constituimus Praefecturam Apostolicam, *Samaraiensem* nuncupandam. Eumdem autem Vicariatum, ita territorio imminutum, *Portus Moresby* nomine posthac appellari decernimus. Firmis vero manentibus ceteris Vicariatus Apostolici Papuasiae finibus, limites inter Vicariatum Apostolicum Portus Moresby et Praefecturam Samaraiensem

hi erunt: linea quae ab intersectione octavae lineae parallelae latitudinis meridionalis cum linea meridiana centesima quadragesima septima longitudinis orientalis, quae scilicet a monte *Strong* ducit usque ad montem *Albert-Edward* et postea ab illo monte usque ad confluentiam fluminis *Tsirime* cum flumine *Mambare;* dein linea quae, secundum ripam sinistram fluminis *Yodda* procedens, circumducit montem *Guba* et attingit montem *Monckton* et descendit usque ad fontes fluminis *Kumusi,* deinde attingit prius montem *Obree* et postea montem *Brown* atque iugum aquas dividens inter flumina *Mori* et *Imilo,* deinde descendit ad ripam septentrionalem aestuarii *Marshall* et inde usque ad promontorium *Rodney,* a quo directe descendit usque ad decimam secundam lineam parallelam latitudinis meridionalis. Novam igitur Praefecturam Apostolicam Samaraiensem, sicuti Vicariatum Apostolicum Portus Moresby, Missionariis Sacratissimi Cordis Iesu, qui tanto zelo et sollertia in regione illa iam adlaborant, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum concreditam volumus. Eidem autem Praefecturae eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent eosque pariter adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae praesentibus Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, mutationis, commissionis, statuti, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo sexto, die tertiadecima Iunii mensis, Pontificatus Nostri anno octavo.

Pro S. R. E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

† A. Carinci, Archiep. tit. Seleuc., *Decanus Collegii Proton. Apost.*

F. H. Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXI, n. 84 - Al. Trussardi.

VI

VICARIATUS PATRIARCHALIS MARONITARUM IN AEGYPTO
(CAHIRENSIS MARONITARUM)

VICARIATUS PATRIARCHALIS MARONITARUM IN AEGYPTO IN DIOECESIM ERIGITUR, « CAHIRENSEM MARONITARUM » NUNCUPANDAM.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter praecipuas supremi quo fungimur apostolatus officii curas ea sane est ut novae erigantur Dioeceses prout locorum temporumque adiuncta ac spirituale Christifidelium bonum id exigat. Quam Nostrae sollicitudinis partem modo requirunt fideles Maronitae in Aegypto degentes, regimini hucusque subiecti Patriarchae Antiocheni Maronitarum, qui in eos plenam hucusque exercuit iurisdictionem per ecclesiasticum virum, Vicarii patriarchalis titulo insignitum. Cum itaque Maronitarum numerus ex Libano in Aegyptum immigrantium in dies excreverit, eorumque coetus, stabile in regione illa domicilium habentium, in civitatibus praesertim *Cahiran, Alexandria et Mansouhram*, adeo sit frequens ut in prosperam communitatem iam coaluerit, ecclesiis, oratoriis et scholis ditatam, ipsius Vicariatus spiritualis ac temporalis condicio eo devenit ut opportunum congruumque videatur illum in dioecesim constitui. Qua de re, praemissa absolutaque praedicti Vicariatus Patriarchalis Visitatione Apostolica, praehabito quoque venerabilium Fratrum tum Antonii Petri Arida, Patriarchae Antiocheni Maronitarum, tum Arthuri Hugues, Episcopi titularis Hieropolitani, Delegationis Apostolicae in Aegypto Regentis, favorabili voto, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationis pro Ecclesia Orientali praepositorum consilio, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, re mature perpensa, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Vicariatum Patriarchalem Maronitarum in Aegypto in Dioecesim pro fidelibus ritus Antiocheni Maronitarum in regione illa degentibus erigimus et constituimus, a dicta Cahiran urbe *Cahirensem Maronitarum* nuncupandam. Huius novae Dioecesis fines iidem erunt, qui Vicariatus Patriarchalis erant fines, videlicet quibus Aegypti regnum hodie limitatur. Intra quos fines idcir-

co plena exinde Episcopo Cahirensi Maronitarum competet episcopalis iurisdictio in omnes et singulos ritus maronitici fideles et coetus nec non suae ipsius Dioecesis curam, regimen et administrationem tum in spiritualibus tum in temporalibus ad normam sacrorum canonum propriique Maronitarum Ecclesiae iuris. Volumus vero ut idem Cahirensis Episcopus hanc eamdem iurisdictionem exercere valeat in omnes quoque fideles ritus Antiocheni Maronitarum regionem vulgo « *Sudan* » incolentes.

Ipsius novae Dioecesis sedem in *Cahiran* urbe, a qua Dioecesis nomen mutuatur, constituimus, eamque igitur ad civitatis episcopalis fastigium evehimus cum omnibus iuribus et privilegiis ad civitates episcopales pertinentibus. Episcopi vero cathedram in Ecclesia Deo in honorem S. Ioseph dicata, in *Cahiran* urbe exstante, figimus, quam igitur ecclesiam ad Cathedralis Ecclesiae gradum et dignitatem extollimus eique propterea et Cahirensibus Maronitarum Episcopis iura omnia tribuimus, honores, insignia, privilegia et praerogativas, quibus ceterae Cathedrales Ecclesiae ritus Antiocheni Maronitarum earumque Antistites pollent, dummodo cum probatis ritibus et legitimis consuetudinibus consonent, illosque pariter, Ecclesiam Cathedralem et Episcopum, iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quod vero attinet ad huius Dioecesis regimen et administrationem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi servanda iubemus quae sacri canones et Ecclesiae Antiochenae Maronitarum normae et legitimae consuetudines praescribunt.

Episcopalem autem mensam ipsius Dioecesis constituent bona et reditus exstincti Vicariatus Patriarchalis, Curiae episcopalis emolumenta nec non oblationes, quae a fidelibus praeberi solent. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta ad exsecutionem mandanda venerabilem Fratrem Delegationis Apostolicae in Aegypto Regentem deputamus, cui propterea necessarias ad id et opportunas tribuimus facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum, in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus imponimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar ad S. Congregationem pro Ecclesia Orientali quamprimum fieri poterit transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis

plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus : non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam erectionis, constitutionis, concessionis, subiectionis, statuti, mandati, decreti, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo sexto, die secunda et vigesima Iunii mensis, Pontificatus Nostri anno octavo.

Pro S. R. E. Cancellario
I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus S. Collegii

E. Card. TISSERANT
S. C. pro Ecclesia Orientali a Secretis

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXI, n. 100. – Al. Trussardi.

EPISTULA

AD EMUM P. D. EMMANUELEM TIT. SANCTI LAURENTII IN LUCINA S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM ARTEAGA Y BETANCOURT, ARCHIEPISCOPUM SANCTI CHRISTOPHORI DE HABANA, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONVENTUM EUCHARISTICUM E TOTA NATIONE CUBANA HABANAE CELEBRANDUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Perlibenter nuntium accepimus, ut iam tibi recens significavimus, Conventum apparari e tota Cubana natione Eucharisticum, vertente proximo Februario mense, in praeclara ista urbe capite celebrandum. Constat enim inter omnes, ex hisce fervidis fidei pietatisque erga augustum Sacramentum significationibus plane effici, ut probi fideles ad christianos mores acriore studio sese informandos excitentur, ac torpentes propter diutinam divini cultus negligentiam homines ad Christum sub eucharisticis velis delitescentem allici trahique se sentiant atque, segnitie vitiisque comploratis, ad amplexum caelestis Salvatoris feliciter redeant confugiantque. Pro certo itaque habemus, proximam istic Congressionem Eucharisticam Cubano populo ea allaturam superna bona, quae ex similibus coetibus iam ubique, favente Deo, percipi licuit. Quamobrem ad augendum eiusdem celebrationis splendorem, te, Dilecte Fili Noster, qui Metropolitanae Sedis Sancti Christophori de Habana gubernacula tenes, quique, ad amplissimum Ecclesiae Senatum elapso anno cooptatus, Romana purpura praefulges, Legatum Nostrum a Latere eligimus ac renuntiamus, ut Congressui e tota Cubana natione Eucharistico, proximo mense in urbe capite ineundo, nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas. Minime autem dubitamus, quin, pro tua egregia pietate ac sollertia, perhonorifico munere sis utiliter feliciterque perfuncturus. Caelestis interea praesidii auxiliique conciliatrix et nuntia, singularisque Nostrae caritatis testis sit Apostolicae Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, itemque clero ac populo tuae curae demandato, nec non universis iis, qui sacris sollemnibus intererunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die x mensis Ianuarii, anno MDCCCCXXXXVII, Pontificatus Nostri octavo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIO

Ad Excmum Virum Ioannem Wu Ching Hsiung, novum Reipublicae Sinensis Legatum extra ordinem liberis cum mandatis, Summo Pontifici Litteras publicas porrigentem. *

Mr. Minister,

In the determination of His Excellency the President of the Chinese Republic to entrust you with the high office of Envoy Extraordinary and Minister Plenipotentiary to the Holy See, We discern a gesture whose deep significance can escape no one.

It is a gesture of particular consideration which will not only be appreciated in all its importance by the entire Catholic world, but above all, will it be greeted by the Catholics of China with profound satisfaction and lively gratitude.

Hence, We heartily welcome Your Excellency as a son and representative of a people of more than 400 millions, whose country was the cradle of Asia's oriental civilization. After thousands of years and despite all sorts of trials and misfortunes they have kept their vigour and their youth—for which not a few other nations could envy them; and aware of their reserves of material and spiritual energy, they look to the future with that calmness and security, which is characteristic only of the strong and the brave.

At the same time We greet Your Excellency as a loyal son of the Church, whose journey to the Catholic faith was illumined by Dante's Divine Comedy and whose thought and actions unite in an exemplary way the love of God and the devotion to your native land.

The noble words you have just pronounced in the presentation of your credential letters reveal, together with your religious and patriotic sentiments, a thorough and sincere acknowledgment of the serious duties that are common to mankind.

There is no place where such an acknowledgment could find a truer echo than in the house of the Father of Christianity, Who cherishes an equal benevolence for all peoples regardless of any limitations of time and space, of origin and language, of race and culture.

Today, discord and conflicting interests still divide the nations—a tragic consequence of the dreadful years of war.

Habita die 16 m. Februarii a. 1947.

But in every country the more noble, farseeing and mature minds have learned in the school of suffering in the recent past that despite all their differences they have a common element so essential that no one can tamper with it without imperiling the very foundations and the prosperity of his own people.

For this reason We regard the exalted sentiments of Your Excellency as the reflection of the mind of a people that after sombre experiences in the past, rises to a wider and truer knowledge of reciprocal functions and duties, determined to adapt its thought, its will and its action in the international field, to the moral concept that each member of the great family of nations be assured of what belongs to it—*suum cuique tribuere.*

As an outstanding jurist and an active member of Legislative Commissions and International Conferences, Your Excellency is in a better position than many others to judge how far the present results obtained by the rulers of the nations concerning the fundamentals of a secure and lasting peace have satisfied or deluded the legitimate expectations of humanity. It is because We observe that Your Excellency, an authority in post-war international questions, affirms principles of brotherhood and love among nations as indispensable factors of international justice, that Our hope increases that such sentiments be realised and that they may overcome the opposing forces that aim at preventing or delaying the advent of a true peace.

The fact that, in the presence of representatives of the whole world, and for the first time in the history of the Church, We chose to elect a son of China to be a member of the Sacred College; the establishment there of the episcopal Hierarchy; the privilege that was Ours in raising to the honours of the altar a glorious band of Chinese Martyrs; Our sending to your beloved country an Internuncio Apostolic, and now the entrusting of Your Excellency as the first Catholic Minister Plenipotentiary with such an important mission in the centre of Christendom: all these show the progress and the happy development in the relations between the Holy See and China. We have no doubt that the value of this for the welfare of the entire nation will be recognised even by those who do not belong to the Catholic Church.

The mission of Your Excellency now consists in promoting and extending what has been so successfully attained. To your task you bring rich gifts of mind and heart united with an experience that has been acquired and perfected through many years of tireless labour. You are beginning with such lofty sentiments that We feel particular pleasure

in assuring you that in the exercise of your high office you will ever find in Us the most ready and benevolent support.

While We reciprocate with equal cordiality the kindly good wishes you brought Us from His Excellency the President of the Chinese Republic, Our thoughts go out with paternal affection to Our Beloved Sons and Daughters of China, to all of whom We lovingly impart Our Apostolic Benediction.

And as the colonnade of the Vatican basilica opens its large arms towards the East, so We now lift Our hands towards the Orient and invoke the protection of the Almighty over the rugged and arduous journey of the Chinese people from twilight to dawn, which We hope will soon shine forth in a secure internal and external peace.

NUNTIUS RADIOPHONICUS

CHRISTIFIDELIBUS CUBANAE REIPUBLICAE DATUS, OB NATIONALEM CONVENTUM EUCHARISTICUM HABANAE COADUNATIS. *

Venerables Hermanos y amados hijos:

La conciencia de Nuestro deber pastoral y el paternal amor que constantemente Nos impulsa a querer tomar parte en las alegrías y en las tristezas de todos y cada uno de Nuestros hijos, hubiesen sido más que suficientes para hacernos acceder a la petición de que os dedicásemos unas palabras, como clausura de vuestro primer Congreso Eucarístico nacional.

Pero en el caso presente Nos pareció que las razones se multiplicaban. Porque, antes que nada, este Congreso abre en Cuba la serie de los Eucarísticos nacionales, y Nós, que tánto anhelamos la propagación de estas públicas reuniones, llamadas — como incendio de salvación — a encender de nuevo en las almas el ardor divino, no podíamos menos de saludar con alborozo la aparición de un foco nuevo; se trata, luego, de un Congreso doblemente precioso y prometedor, pues en tan feliz oportunidad no sólo habéis unido vuestra voz al coro universal, que anhela ver brillar una corona más en las sienes de la Madre de Dios y por eso impetra la definición dogmática de su Asunción gloriosa al cielo, sino que también — con determinación que nunca alabaríamos suficientemente — habéis consagrado vuestra patria a los dulcísimos Corazones de Jésus y de

* Die 23 m. Februarii a. 1947.

María, es decir, habéis pasado con resolución al bando de los que quieren alimentarse no de odio ateo, sino de amor fraterno, os habéis comprometido a vivir, de hoy en adelante, una vida de cristianos fervorosos, de excelentes hijos de la Iglesia, de respetuosos y fieles ciudadanos, que todo esto supone una consagración semejante, cuando es llevada sinceramente a la práctica.

¡Cuántos temas, cuántas emociones y cuántas enseñanzas!

El Señor, hijos amadísimos de la República de Cuba, os ha regalado una patria, hermosa como un jardín espléndido anclado en un mar encantador, donde el cielo siempre es azul, donde la tierra, casi espontáneamente, brinda entre sonrisas sus frutos dulces y aromáticos.

Los que venís de las colinas de Pinar del Río, o de la llanura de Colón, lo mismo que los llegados de la sabana de Sancti Spiritus o de la planicie serena de Camagüey, o de los altos picos de Oriente, todos todos os sentís orgullosos de haber visto la luz — como alguien felizmente dijo — « en la tierra más hermosa que ojos humanos vieron » ¡y dáis gracias a Dios porque os hizo hijos de la Perla de las Antillas!

Pero precisamente en esta placidez y suavidad del fácil vivir, en esta perenne y casi irresistible sugestión de una naturaleza luminosa y exhuberante, en esta prosperidad alegre y confiada se esconde acaso el enemigo; por el tronco airoso de vuestra palma real, que el suave soplo de la brisa hace cabecear airosamente, nos parece ver que perezosamente se desliza la serpiente tentadora : « ¿por qué no coméis?... — os dice —; seréis como dioses ». [1] Y si todo el esplendor de esta poderosa atracción puramente natural no se compensara con una vida sobrenatural potente y robusta, la derrota sería cierta.

He aquí, pues, la oportunidad de vuestro Congreso, que debe dejar una huella definitiva en vuestra historia religiosa. No es que ignoremus que, por la infinita misericordia del Señor, hace ya años que en vuestra patria retoña una prometedora primavera de las almas, — primavera que Nós mismo hemos querido acelerar y decorar, haciendo lucir en medio de vosotros por vez primera la brillante rosa de una púrpura romana, llamada a ser ornamento de su patria, de las Antillas y de toda la América central. Pero hoy vuestro Congreso os ha procurado la última lección, recordándoos que una vida sobrenatural, robusta y potente, ha de tener siempre como centro de gravedad y como fuente la Sagrada Eucaristía.

Ella, efectivamente, estimulando el fervor de la caridad, uniendo las

[1] Cfr. *Gen.* 3.

almas a Cristo — « in me manet et ego in illo » [2] — y transformándolas en El, produce en la vida sobrenatural efectos semejantes a los causados por el alimento material en la corporal; [3] ella conserva la verdadera vida — « qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam » [4] — fortificándola espiritualmente y marcándola con la contraseña que aleja los asaltos del enemigo; ella la aumenta y la perfecciona, multiplicando las energías divinas de las almas y uniéndolas con Dios, su último fin, por medio de aquella unión, que es camino y es prenda de la eterna —; « et futurae gloriae nobis pignus datur »; ella, finalmente, restaura sus fuerzas decaídas y las inunda de místicos goces, preludio de la felicidad sin fin.

¡Corred, amados hijos, a este místico banquete, a este eterno sacrificio, a este perpetuo « Deus vivens in medio vestri »; [5] si no queréis veros hundir por la oleada del materialismo, si deseáis no ver ahogada vuestra palma real entre la mala hierba, bajo los cardos y las espinas! Y si buscáis una mano que os sostenga y os guíe, ved que os la está alargando aquella Señora, que tuvo la misión de poner el pan espiritual de los Angeles a nuestro alcance, haciéndolo carne y sangre en sus purísimas entrañas; aquella que todos los días nos repite la invitación de la Sabiduría « et a generationibus meis implemini », [6] — para que nos saciemos de sus frutos; acudid a la « Mater divinae gratiae », porque si « Eva comió un fruto que nos ha privado del eterno festín, María nos ha presentado otro, que nos abre las puertas del banquete celestial ». [7]

Corría a su ocaso el año de gracia de 1511; Cuba, que había ya visto consagrado su suelo al ofrecerse por primera vez el Santo Sacrificio en el segundo viaje del Gran Almirante, iba a contar ahora con la primera población estable en Baracoa; y cuando Diego Velázquez quiso ponerle un nombre, la llamó de Nuestra Señora de la Asunción. Hoy, a la vuelta de los siglos, los hijos de Cuba piden, henchida el alma de júbilo, la definición dogmática del misterio, porque piensan sin duda, con el que con razón ha sido llamado Doctor Eximio, que « hoc privilegium... ad gloriam Dei spectat, Christique Domini; et dignitatem Virginis, summamque innocentiam, puritatem et caritatem maxime decet », que este privilegio... mira a la gloria de Dios y de Jesucristo Nuestro Señor, y sumamente

[2] Io. 6, 57.
[3] Cfr. S. Th. 3 p. q. 79, a. 4 in c.
[4] Io. 6, 54.
[5] Ios. 3, 10.
[6] *Eccli.* 24, 18.
[7] S. Petri Dam. *Serm. 45 in Nat. B. V. M.*; Migne, *PL.* t. 144 col. 743.

conviene con la altísima dignidad, inocencia, pureza y caridad de la Virgen. [8]

Cuba es tierra de la Madre de Dios, porque sobre ella reina como patrona, desde hace casi medio siglo, Nuestra Señora de la Caridad del Cobre; Cuba fué la liza de aquel varón apostólico, el Beato Antonio María Claret, que consagró su obra principal al Inmaculado Corazón de María, dejando este título como estandarte de victoria a sus celosos hijos. Que por su intercesión y por las oraciones y las enseñanzas de este Congreso el Dios eucarístico os conceda veros libres de la plaga universal; pues aunque los efectos del materialismo neo-pagano han mostrado con macabra elocuencia al mundo de qué cosa es capaz el hombre cuando piensa que solamente es materia, sin embargo estamos, por desgracia, bien lejos de tener la impresión de que la lección haya sido aprovechada y nos embarga el temor de que a un materialismo no quiera suceder otro, no menos fatal y pernicioso.

En este gran día, remate de vuestro Congreso y conmemoración para vosotros de históricas glorias nacionales, queremos bendeciros con toda la efusión de Nuestro corazón paternal, deseando que esta Bendición llegue no solamente a los presentes — a Nuestro dignísimo Cardenal Legado, al Episcopado y al clero, a todos las autoridades y a todos los fieles —, sino que luego se derrame por toda la Isla, por todo el mar, por todos los continentes, para difusión del reino del espíritu, que es el Reino de Cristo, « reino de verdad y de vida, reino de santidad y de gracia, reino de justicia, de amor y de paz ». [9]

[8] SUÁREZ, *Opera omnia*, Parisiis 1866, t. 19 p. 318.

[9] *Praef. de Iesu Christo Rege.*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis, ut infra, datis Decretis Sacri Consilii Christiano Nomini propagando, Ssmus Dñus Noster Pius div. Prov. Pp. XII dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum:

die 12 Decembris 1946. — Metropolitanae Ecclesiae Chaefomensi praefecit R. P. Caietanum Pollio, Pontificii Instituti a Ss. Petro et Paulo et a Ss. Ambrosio et Carolo pro missionibus ad exteras gentes sodalem.

— Cathedrali Ecclesiae Lucknowensi R. P. Albertum De Vito (P. Conradum a Providenti), Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Turuzitanae R. P. Dionysium Eugenium Hurley, Oblatorum B. M. V. Immaculatae, quem constituit Vicarium Apostolicum Natalensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Themisonensi R. P. Petrum Bonneau, Congregationis Sancti Spiritus sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum de Douala.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ucrensi R. P. Bernardum Stewart, Archidioecesis Melbournensis presbyterum, quem constituit hodierni Episcopi Sandhurstensis Coadiutorem cum successionis iure.

die 9 Ianuarii 1947. — Cathedrali Ecclesiae Chimsciensi R. P. Leopoldum Brellinger, Societatis Iesu.

— Cathedrali Ecclesiae Malacensi R. P. Michaëlem Olçomendy, Societatis Parisiensis missionum ad exteras gentes sodalem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sufetulensi R. P. Ioseph Cabana, Societatis Missionariorum Africae presbyterum, quem constituit Vicarium Apostolicum Ugandensem.

die 6 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Fussalensi R. P. Franciscum Aldegunde Dorrego, O. F. M., quem constituit hodierni Vicarii Apostolici Maroquensis Coadiutorem cum iure successionis.

II

NOMINATIONES

Decretis, ut infra, datis, Sacra Congregatio de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit:

die 25 Octobris 1946. — R. P. Hierotheum Valbuena Alvarez, Ordinis Carmelitarum discalceatorum, *Praefectum Apostolicum de Esmeraldas (in Aequatore).*

die 8 Novembris. — R. P. Venceslaum a Spoleto, Ordinis Minorum Capuccinorum, *Praefectum Apostolicum Solimões Superioris.*

die 14 Novembris. — R. P. Eugenium Carcagente, Ordinis Minorum Capuccinorum, *Praefectum Apostolicum Sancti Andreae.*

die 28 Novembris. — R. P. Gustavum Prévost, e Societate pro Missionibus exteris Provinciae Quebecensis, *Praefectum Apostolicum de Lintung.*

die 18 Ianuarii 1947. — R. P. Iacobum Buis, e Societate Missionariorum S. Ioseph de Mill Hill, *Praefectum Apostolicum de Borneo Septentrionali.*

III

MARIANNEN.

DECRETUM

MARIANNENSES INSULAE, VICARIATUI APOSTOLICO GUAMENSI ADNEXAE, DITIONI DELEGATI APOSTOLICI STATUUM FOEDERATORUM AMERICAE SEPTENTRIONALIS SUBIICIUNTUR.

Cum Ssmus D. N. Pius Div. Prov. Papa XII, in Audientia hac die 4 mensis Iulii infrascripto Cardinali S. Congregationis de Propaganda Fide Praefecto concessa, eas Mariannenses insulas quae usque nunc ad Apostolicum Vicariatum Mariannensem, Carolinensem et de Marshall pertinuerunt, Vicariatui Apostolico Guamensi adnexuisset, in eadem Audientia constituit quoque ut Mariannenses insulae ex Apostolici Delegati Japoniae in Delegati Apostolici Foederatorum Americae Septentrionalis Statuum ditionem transferrentur, cuius curae Apostolicus Vicariatus Guamensis concreditus iam erat.

Cuius rei documentum praesens Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 4 mensis Iulii, a. D. 1946.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus*

L. ✠ S.

† C. Costantini, Archiep. tit. Theodos., *a Secretis.*

IV

DECRETUM

DE MUTATIONE TITULI DELEGATIONIS APOSTOLICAE

Cum Apostolicae Delegationis Africae, quae per Litteras Apostolicas die 11 Ianuarii mensis anno 1930 datas erecta est, titulus « pro Missionibus a S. Congregatione de Propaganda Fide dependentibus » novis rerum condicionibus non amplius respondeat, visum est illum in aliam appellationem rebus congruentiorem immutare.

Quapropter haec Sacra Congregatio Christiano Nomini Propagando praeposita, cum omnia in casu mature perpendisset, Delegationem illam dehinc « Delegationem Apostolicam Africae Orientalis et Occidentalis Britannicae » nuncupandam censuit.

Quam autem deliberationem, ab infrascripto eiusdem S. Congregationis Cardinali Praefecto in Audientia hodie Ssmo relatam, Ipse Summus Pontifex ratam habuit et confirmavit praesensque ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 2 Ianuarii A. D. 1947.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus*

L. ✠ S.

† Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *a Secretis.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

DERTHUSEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI EMMANUELIS DOMINGO Y SOL, SACERDOTIS, FUNDATORIS CONGREGATIONIS SACERDOTUM OPERARIORUM DIOECESANORUM.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Pius X ven. mem. in prima, quam edidit, encyclica epistula, omnibus orbis Episcopis curas quas in clericis educandis debent impendere instanter inculcans: « Curarum haec prima sunto, scribit, ut Christum formemus in iis, qui, formando in ceteris Christo, officio muneris, destinantur. Ad Sacerdotes mens spectat, Venerabiles Fratres, Sacris namque, quotquot initiati sunt, eam in populis, quibuscum versantur, provinciam sibi datam norint, quam Paulus suscepisse testatus est amantissimis iis verbis: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis* ».

Verum Sacerdotes ad tantum opus impares sunt, nisi prius et in ipsis, dum in sacris Seminariis educantur, Christus fuerit formatus. « Quamobrem, prosequitur idem Pontifex, pars potior diligentiarum vestrarum sit de seminariis sacris rite ordinandis moderandisque, ut pariter integritate doctrinae et morum sanctitate floreant ». Quantum autem emolumenti dioeceses ex Seminariis rite moderatis assequantur, nemo est qui non videat. Verum multa persaepe obsunt impedimenta, quominus Episcopi huic officio valeant satisfacere: quod in Hispania sub anteacti saeculi fine factum est, praesertim rei publicae conversionis causa, quae Ecclesiam pessumdare intentavit.

Tanto huic malo divina misericordia remedium attulit, viros suscitans, qui speciali charismate ad populi mores per missionales expeditiones reformandos, ad cleri disciplinam restaurandam atque sacra Seminaria ordinanda ac moderanda visi sunt ditati.

Quos inter Servus Dei Emmanuel Domingo y Sol videtur accensendus, qui die 1 Aprilis mensis anno 1836 undecimus e duodecim filiis e

Francisco Domingo atque Iosepha Sol Derthusae ortus, sequenti die lustralibus baptismi aquis fuit ablutus, novennis vero Confirmationis sacramento roboratus. Pietatis germina, quae, matris praecipue cura, in eo obsita fuerant, cum aetate succrescebant, atque ad sacerdotalem vocationem viam sternebant. Quare anno 1851 Dioecesanum Seminarium est ingressus, in quo virtutibus, quae alumnum decent, enituit.

Ad sacrum Presbyteratus ordinem novem post annos promotus, sacerdotem in exemplum se ostendit. Animarum zelo incensus qua catechesim docendo, qua verbo Dei praedicando, aliisque sacris ministeriis implendis totum se dedidit. Sui Episcopi nutui pendens, ruralem prius rexit paroeciam, Valentiae paulo post academicum in sacra theologia gradum est assecutus, qui aptiorem eum reddidit ad animorum salutem procurandam. Anno 1871 tertio Ordini Franciscali nomen dedit. Fere innumera fuerunt opera, quibus manus apposuit ad Dei gloriae Ecclesiaeque emolumentum. Horum autem princeps est habenda *Congregatio Operariorum Dioecesanorum*, quam anno 1883 fundavit, ut huius sodales ad Episcoporum nutum adlaborarent. Quare factum est ut in aliis quoque dioecesibus, praeter praedicationum ministeria, clericorum Seminaria moderanda huic Congregationi concrederentur. Ulterius ut arctiori vinculo Romano Pontifici haec devinciretur, Hispanicum S. Ioseph Collegium in Urbe constituit, quod uberrimos in Hispania fructus attulit. Nec martyrii triumphus, cum in Mexicana dicione, tum in Hispania, Sacerdotibus seu Operariis, seu eorum alumnis in nuperrima communistarum decem abhinc annis insectatione defuit, qui sanguinem effundere atque tormenta sustinere pro nomine Christi non dubitarunt.

Servus Dei, horum pretiosorum fructuum sator, meritis plenus, Ecclesiae sacramentis munitus, sanctam oppetiit mortem die 25 mensis Ianuarii a. D. 1909.

Sanctitatis fama virescente, Ordinaria auctoritate in Derthusensi Curia super eadem, super scriptis nec non super prohibito cultu non praebito canonicae inquisitiones annis 1933 sequentique fuere peractae.

Scriptis perpensis, favorabile Sacra haec Congregatio, die 5 Februarii a. 1941, decretum edidit.

Plures interim Romano Pontifici oblatae sunt Postulatoriae litterae pro causae introductione, ex quibus duae a Cardinalibus, sexdecim ab Archiepiscopis et Episcopis, plures alias a generalibus Moderatoribus Ordinum ac Congregationum, a Capitulis, a Ministro nationalis educationis Hispaniae, a provincialibus deputationibus, a Derthusensi Municipio.

Omnibus itaque ad iuris normam paratis, Revmo D. Carolo Calaf, Operariorum Dioecesanorum generali Postulatore instante, Emus ac Revmus D. Cardinalis Fridericus Tedeschini, in Ordinariis S. R. C. Comitiis, die 9 Iulii mensis anni huius habitis, dubium posuit disceptandum: *An signanda sit commissio Introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur,* atque de ea retulit.

Emi ac Revmi Patres Cardinales, relatione hac audita, auditis quoque Officialium Praelatorum sententiis, nec non R. P. D. Salvatore Natucci, generali Fidei Promotore, respondere censuerunt: *Signandam esse commissionem Introductionis Causae si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem, subsignato die, ab infrascripto Cardinali S. R. C. Praefecto, Beatissimo Patri relatione, Sanctitas Sua Emorum Patrum rescriptum ratum habens *commissionem* Introductionis causae Servi Dei Emmanuelis Domingo y Sol Sua manu dignata est subsignare.

Datum Romae, die 12 Iulii a. D. 1946.

✠ C. Card. Salotti, Ep. Praen., *Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

TAURINEN.

CANONIZATIONIS B. IOSEPHI CAFASSO, SACERDOTIS SAECULARIS, COLLEGII ECCLESIASTICI TAURINENSIS MODERATORIS.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Sanctus Ioannes Chrysostomus illud Evangelii commentans: *Vos estis sal terrae,* quibus virtutibus apostoli et sacerdotes ornari debent declarat, dicens: « Debet esse pauper ut avaritiam libera voce castiget... mansuetus ut magis indulgendo quam vindicando regat Ecclesiam... Misericors aliis sibi autem austerus, ut sibi quidem grave pondus iustitiae ponat, aliis leve... Si ergo omnibus his virtutibus fuerit ornatus, tunc est quasi optimum sal et totus populus de illo conditur, magis videndo, quam audiendo » (hom. X, init.).

Beatus Iosephus Cafasso, taurinensis cleri insigne decus et ornamentum, anteacto saeculo, ecclesiastico collegio praepositus, sibi austerus

aliis misericors, sibi pauper erga alios liberalis, sacerdotes suae curae commissos opere ac magisterio, Sancto Doctore Alfonso de Ligorio duce, ad sanam doctrinam informavit, ianseniana eque luis, quae tunc in Italia quoque hac illac grassabatur, mala germina penitus eradicare sategit; felici sane exitu, ob suam praeclaram scientiam et insignem vitae sanctitatem. Haec ab Ecclesia fuit sollemniter recognita cum Beatificationis gloria, anno 1925, fuit honestatus.

Nec satis. Deus enim hunc fidelem famulum ad supremos canonizationis honores videtur velle elevare, quia post beatificationem duas alias sanationes eius interventu patravit. Quare die 13 Iunii a. 1934, canonizationis causa fuit resumpta.

Super hisce miris sanationibus Apostolicae inquisitiones in Taurinensi Curia fuere peractae, pro quarum iuridica vi sacra haec Congregatio die 31 Iulii a. 1935 decretum edidit.

I. Prior, quae affertur sanatio, in loco, vulgo Netro in Bugellen. Dioecesi contigit. Remus Chioso ab anno 1931 tuberculari coxite sinistra coepit affici, quae adeo invaluit, ut femoris caput cum acetabulo coagmentatum fuerit, coxae motus sine dolore impossibiles factae sint, ideoque ipse claudicaret atque scipionibus subalari fulcro uti cogeretur, aliaque morbi adiuncta pateretur, quibus deambulatio difficilis facta fuerit isque per totam vitam ad operandum fere ineptus redditus esset. Sex medici a cura, cum quibus tres periti ex officio a S. R. C. adlecti, de diagnosi ac prognosi conveniunt, perspectis quoque radiographicis tabulis cum ante tum post sanationem peractis. Cum variis de causis efficaci curationi subici non potuerit, una cum suis aliisque preces effudit ad B. Iosephi Cafasso intercessionem implorandam, ut a tam molesto acerboque morbo liberaretur. Quibus in precibus ultra trimestre perseveratum est. Die 30 Aprilis in eadem conditione versabatur, mane vero diei primi Maii a. 1932, surgens e lecto perfecte sanatum se sensit, quam sanationem miraculo esse tribuendam tres a cura medici in actis deponunt eiusdemque sententiae sunt tres ex officio periti.

II. Sanatio altera Augustae Taurinorum evenit. Iosephina Morelli, quinquennis puellula, tuberculari diathesi obnoxia, anno 1924 coxite eiusdem naturae tentari coepit. Paucos post menses ossifluens abscessus advenit, qui notabiliter infirmae conditiones adeo aggravavit, ut eius vitam in discrimen adduxerit. Incassum remediis, curisque medicis, cedentibus, mater cum familiaribus Beato Iosepho Cafasso toto animi fervore per novendialem preces supplicavit, quas die 4 Novembris eiusdem anni incepit, ut a tam exitiali abscessu absque chirurgico interventu, filiola sanaretur. Has preces Beatus benigne excepit, atque die

12 Novembris, ultimo novendialium precum, puella ab abscessu penitus sanata inventa est.

Subitaneam sanationem huius tubercularis abscessus nullo pacto naturae viribus tribui posse nos docent tres taurinensis Universitatis professores, qui curationes infirmae praestiterant, duo periti physici, qui post sanationem puellam accurate inspexerunt, quatuor denique periti ex officio ab hac sacra Congregatione adlecti, qui concorditer miraculum conclamant.

De hisce sanationibus, de altera praesertim, acerrime disceptatum est, primo in Antepraeparatoria Congregatione die 17 Decembris habita anno 1935, coram Revmo Cardinali Caietano Bisleti fel. rec. Causae Ponente; in Praeparatoria die 10 Novembris a. 1942; in nova alia Praeparatoria die 14 Maii 1946; demum in Generali coram Ssmo D. N. Pio Papa XII die 19 Novembris huius anni, in qua infrascriptus Cardinalis, Causae Ponens atque S. R. C. Praefectus, dubium proposuit disceptandum: *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Revmi Cardinales, Officiales Praelati, Patresque Consultores suum tulere suffragium. Beatissimus vero Pater suam edere sententiam distulit ad hodiernum usque diem, quo Immaculatam B. M. V. Conceptionem sancta Mater Ecclesia festiva celebritate commemorat.

Eapropter subscriptum Cardinalem, R. P. Salvatorem Natucci, Fidei Promotorem generalem, meque Secretarium ad Se accivit, sacroque Eucharistico Sacrificio, religiose litato decrevit: *Constare de instantanea perfectaque sanatione cum adulescentis Remi Chioso a gravi coxite tuberculari sinistra, tum puellae Iosephinae Morelli a gravi abscessu tuberculari in coxa sinistra.*

Hoc autem decretum promulgari atque in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 8 Decembris, Festo Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis, anno Domini 1946.

✠ C. Card. Salotti, Ep. Praen., *Praefectus.*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleucien., *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

NEAPOLITANA

NULLITATIS MATRIMONII (BALDASSARRE-SORGE)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Orestis Sorge, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Palazzo della Cancelleria) die 18 Iunii 1947, hora duodecima, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Orestis Sorge, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

Arcturus Wynen, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 27 Februarii 1947.

I. Stoppini, *Notarius.*

* Étant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Oreste Sorge, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 18 juin 1947, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Oreste Sorge devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII (GALLEGRA-WALSH)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dominae Iosephinae Mariae Walsh, in causa conventae, eamdem citamus ad comparendam, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Palazzo della Cancelleria) die 12 Iunii 1947, hora duodecima ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Dominae Iosephinae Mariae Walsh, curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur. *

Gullielmus Heard, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 28 Februarii 1947.

I. Stoppini, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Joséphine Marie Walsh, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 12 juin 1947, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Joséphine Marie Walsh devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Domenica, 16 febbraio 1947, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Dott. Prof. GIOVANNI WU CHING HSIUNG, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica di Cina, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 25 febbraio 1947, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali hanno discusso:

1) Sulla introduzione della Causa del Servo di Dio Bartolo Longo, fondatore del Santuario di Pompei e delle Opere annesse.

2) Sulla introduzione della Causa del Servo di Dio Matteo Talbot, operaio irlandese.

Martedì, 11 marzo 1947, nel Palazzo delle Congregazioni a S. Callisto, alla presenza di S. Em. Revma il Signor Cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, Vescovo di Ostia e di Albano, Ponente o Relatore della Causa del Servo di Dio Carlo Giuseppe Eugenio de Mazenod, Vescovo di Marsiglia, fondatore della Congregazione degli Oblati della Beata Vergine Maria Immacolata, si è adunata la Sacra Congregazione dei Riti *antepreparatoria*, nella quale i Revmi Prelati Officiali e i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del predetto Servo di Dio.

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXIX, n. 3 - 11 Martii 1947)

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

PAG.

I. *Vancuveriensis* (Kamloopsensis). - Ab Archidioecesi Vancuveriensi territorii pars dismembratur, ex qua nova erigitur Dioecesis « Kamloopsensis » nuncupanda, Metropolitanae Ecclesiae Vancuveriensi suffraganea. - 22 Decembris 1945 73

II. *De Mwanza* (Musomensis et Maswensis). - A Vicariatu Apostolico de Mwanza territorii pars distrahitur, ex qua novus erigitur Vicariatus Apostolicus « Musomensis et Maswensis » nuncupandus. - 11 Aprilis 1946 76

III. *Victheroyensis et Barrensis de Pirahy* (Petropolitana). - A Dioecesibus Nictheroyensi et Barrensi de Pirahy territorii pars dismembratur, ex qua nova erigitur Dioecesis, sub nomine « Petropolitana », Metropolitanae Ecclesiae S. Sebastiani Fluminis Ianuarii suffraganea. - 13 Aprilis 1946 77

IV. *Tanganikensis* (Kigomensis et Karemensis). - Vicariatus Apostolicus Tanganikensis bipartitur et novus exinde Vicariatus Apostolicus Karemensis erigitur; residua vero pars posthac Vicariatus Apostolicus Kigomensis nuncupabitur. - 10 Maii 1946 80

V. *Papuasiae* (Portus Moresby - Samaraiensis). - E Vicariatu Apostolico Papuasiae pars separatur, quae in novam erigitur Praefecturam Apostolicam « Samaraiensem » nuncupandam; residua autem Vicariatus pars « Portus Moresby » posthac nuncupabitur. - 13 Iunii 1946 82

VI. *Vicariatus Patriarchalis Maronitarum in Aegypto* (Cahirensis Maronitarum). - Vicariatus Patriarchalis Maronitarum in Aegypto in Dioesim erigitur, « Cahirensem Maronitarum » nuncupandam. - 22 Iunii 1946 84

EPISTULA

Perlibenter nuntium accepimus. - Ad Emum P. D. Emmanuelem tit. Sancti Laurentii in Lucina S. R. E. Presbyterum Cardinalem Arteaga y Betancourt, Archiepiscopum Sancti Christophori de Habana, quem Legatum mittit ad Conventum Eucharisticum e tota natione Cubana Habanae celebrandum. - 10 Ianuarii 1947 . . 87

ALLOCUTIO

PAG.

Ad novum Legatum Reipublicae Sinensis. - 16 Februarii 1947 88

NUNTIUS RADIOPHONICUS

La conciencia de Nuestro deber pastoral. - Christifidelibus Cubanae Reipublicae datus, ob nationalem Conventum Eucharisticum Habanae coadunatis. - 23 Februarii 1947. 90

ACTA SS. CONGREGATIONUM

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I. Provisio Ecclesiarum 94

II. Nominationes 95

III. *Mariannen.* Decretum. Mariannenses insulae, Vicariatui Apostolico Guamensi adnexae, ditioni Delegati Apostolici Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis subiiciuntur. - 4 Iulii 1946 95

IV. Decretum. De mutatione tituli Delegationis Apostolicae. - 2 Ianuarii 1947 96

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I. *Derthusen.* - Decretum introductionis causae pro beatificatione Servi Dei Emmanuelis Domingo y Sol, sacerdotis, fundatoris Congregationis Sacerdotum Operariorum Dioecesanorum. - 12 Iulii 1946 97

II. *Taurinen.* - Decretum de miraculis pro canonizatione Beati Iosephi Cafasso, sacerdotis saecularis, Collegii Ecclesiastici Taurinensis moderatoris. - 8 Decembris 1946 . . . 99

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales:

I. Neapolitana. - Nullitatis matrimonii (Baldassarre - Sorge) - 27 Februarii 1947 102

II. Romana. - Nullitatis matrimonii (Gallegra - Walsh). - 28 Februarii 1947 . 103

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Udienza solenne 104

II. Sacra Congregazione dei Riti: *Varie* . 104

LIBRERIA EDITRICE VATICANA

CITTÀ DEL VATICANO

	Roma L.	Italia L.	Estero $
OFFICIUM MAIORIS HEBDOMADAE et Octavae Paschae a Dominica in Palmis usque ad Sabbatum in Albis, *cum cantu*, iuxta ordinem Breviarii, Missalis et Pontificalis romani. Editio typica Vaticana, in-8°, nitidis characteribus nigris impressa, initiis paginarum affabre descriptis ornata, pp. VIII-640-30. *			
Charta indica: In brochure	250 —	290 —	0,80 —
Linteo contectum, sectione foliorum rubra	500 —	540 —	1,60 —
MISSA IN DOMINICA PALMARUM cum cantu. Accedunt Hora Tertia, Aspersio aquae benedictae et Benedictio Palmarum. Excerptum ex **Officio Maioris Hebdomadae.** Editio typica Vaticana, pp. 64.			
Charta subtili non translucida: In brochure	50 —	60 —	0,15 —
IN TRIDUO SACRO MAIORIS HEBDOMADAE. Officium et Missa *cum cantu*, excerptum ex **Officio Maioris Hebdomadae.** Editio typica Vaticana, pp. IV-240.			
Charta subtili non translucida: In brochure	100 —	130 —	0,40 —
CANTUS PASSIONIS DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI secundum Matthaeum, Marcum, Lucam et Ioannem, Ssmi D. N. Benedicti XV Pontificis Maximi iussu restitutus et editus, ex editione authentica excerptus.			
FASCICULUS I. – **Chronista.** *Cantus Evangelii ad libitum.*			
FASCICULUS II. – **Christus.**			
FASCICULUS III. – **Synagoga.**			
Editio in-fol. min. (23×33), in charta manufacta et charactere rubro et nigro, in tres fasciculos divisa	300 —	330 —	0,90 —
— Tres fasciculi, *linteo nigro seiunctim contecti, titulo aureo*	1200 —	1240 —	3,40 —
Editio in-8° min., fol. 96, cum incisis imaginibus nigris	50 —	60 —	0,30 —
— *Conctectum partim pelle nigra partim linteo sectione foliorum rubra* .	240 —	250 —	0,75 —

MONITUM ***Omnes - qui nostrum " Acta Apostolicae Sedis,, Commentarium officiale sunt pacti, quibus mense decembri 1946 nomina excidunt et denuo subnotandi voluntas est - ut quam primum subscribant rogantur, ne iisdem ullam missio pro anno 1947 fasciculorum, volumen XXXIX complectentium, moram patiatur.***

In renovanda vero subnotatione ut alteram ex fasciculorum schedulis externis mittant, vel numeros designent nomini ipsi praepositos socii iterum rogantur.

Pro Italia Lib. 350 — Extra Italiam $ 3 —

PRETIUM UNIUS FASCICULI:

Pro Italia Lib. 35 — Extra Italiam $ 0,20

Exstant nonnulla exemplaria *Commentarii officialis* « Acta Apostolicae Sedis » tempore belli editi, quae a « Libreria Editrice Vaticana » venduntur pretio, pro unoquoque annuo volumine, libellarum 500 pro Italia et dollariorum 2,25 pro regionibus extra Italiam.

Petitiones mittantur: « Libreria Editrice Vaticana — Città del Vaticano »

Veneunt Romae apud

(*Libreria Editrice Vaticana - Città del Vaticano — c/c postale N. 1-16722*)